Sigismundus tertius dei gra Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Quod cum post recuperatam per sermum Regem Stephanum predecessore mrm ex manibus Moschi Liuoniam, Arcis Marienburgen in eadē Liuonia, Prefectura seu Capitaneatus cum Castello Kierepecz, et altero item castello Stenenburg, ita Gnoso Stanislao Pekoslawski, a Rege eodem esset, concessus, et concessio ista ad meliorem prouisionem illi postea assignandam sese tantum extenderet. Nos ob prestantissima eiusdem Gnosi Stanislai Pekoslawski, Sandomiriensis

et Arcis prafatæ Mariemburgen in Liuonia Capitanei erga Sermum Regem
prædecessorem m'm, atqs Rempub: merita, et præstitum nuper abeo post
Electionem m'am, cum Illri et Magco Joannⁱ de Zamoscie Regni supmo
Cancellario, ac Gnali Exercituum Ducⁱ Belzensⁱ Mariemburgen in Prus-
sia, kmismen, et Miedzyrzecen, Capitaneo, in tuenda pdictæ legimqs ac li-
bertatum publicaq salute, contra Maximi liamⁱ Archiducⁱ Austriæ, qui
Regnum præripere nobis conabatur opera, concessione eandē Sermi Regis
Stephani, vlterius extendendam esse putauimus, Hoc est Conseruamq
et relinquimus illum in eiusdē Capitaneatus et Castelli vtriusqs, bono-
rumqs omnium ad Capitaneatum eudē et Castella pertinētium possone
ad vitæ ipsius extrema tempora. Ille vero partem dimidiā prouentuū
omniū eiusdem Capⁱtatus et ad Castella pertinētiū, ad Thesaurū m'm
inferre et dare quotannis tenebitur. Promittimusqs pro nobis et Sermis
successoribus m'is, nonesse eū nos et successores m'os vllo vnqs quo ad vixe-
rit tempore á possone Capitⁱatus istius et Castelli vtriusqs, ac bonorū ad
ea pertinētium amoturos, nec amouendi ptātem cuiqs facturos, etiāsi
vel grauissima quæuis m'a aut Reipub: necessitas id exposceret, Manē-
tibus tamē in Capitaneatu eodem et Castellis iuribus m'is Regiis sal-
uis et integris. In cuius rei fidem ac testimonium hasce manū m'a sub-
scriptas sigillis Regni et Magni Duc: Lithuaniæ muniri mandauimus
Datum Czarnowiæ in Comētu Coronationis m'æ die septimo mēsis Januarii
Anno dñi Millimo quingēmo octuagesimo octauo. Regni vō m'i Primo
Sigismundus Rex.

Datus adquitali-
tas in solidum bono-
rum Bozzeczkoui-
ensium Gnoso Michaeli

Gisio et Vrsula Heidenste-
nia Coniugibus.

Sigismūdus tertiūs dei grā Rex Polomiæ et designatus Sueciæ, Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuomiæq; &c. Significamus p̄tibus hiis̄ quor interest huius et futuri temporis vniuersis et singulis. Quod nos habentes rōnem seruitior per complures annos Dño p̄decessori nr̄o, et Reipub: Regni huius p̄stitor Gnosi Nicoldi Heidenstemii Secretarii nr̄i, donandam, cōferendamq; duximus Gnosæ Vrsulæ Heidenstemiæ sorori eius germanæ, cōiugi vero Gnosi Michaelis Gisii Tenutarii bonor nr̄or Borzeckobiensium, aduitalitatē in bonis p̄fatis nr̄is Borzeckobiensibus, quæ iā antē ad eodem suo marito iure itidem Aduitalitio possidentur, quemadmodū quidē donamus cōferimusq; in solidum, cum cōmemorato suo marito, hac nimirum rōne, ac modo, vt altero p̄fator coniugum decedēte, alter qui superstes fuerit in tota ac integra bonor suprus nominator Borzeckouiensiū possōne permaneat, eaq; cum omnibus suis p̄diis, censibus, fructibus, ac quibusq; aliis vtilitatibus, tam quæ iam institutæ in bonis illis sint, quam deinceps institui possint, ad extrema vitæ suæ tempora, tenere possidereq; debeat, neq; quicquam omnino rationē fructuum ac prouentuum bonor eorundē ad thesaurū nr̄m inferre, aut soluere teneatur, excepta tantū quarta parte Reipub: debita quam Nauam, secundum publicas Regni constitutiones quotannis inferet, a tribus vero nobis debitis, vt maritus ita coniunx quoq; sua immunis erit quoad vixerit. Promittimusq; verbo nr̄o neq; nos ad meam nr̄am Regiam aut alterius cuiuscunq; necessitas causa, durante vita cōiugum eorundem aut alterius illor, ea bona tam in toto, quā in parte ab illis ablaturos, aut a quoq; moueri eos, vel eor abigue iis permissuros, neq; successores nr̄os ablaturos, aut cuiq; permissuros, Iuribus nr̄is Regalibus at Reipub salutis in illis manentibus. In quor fidē hasce manu nr̄a subscripsimus sigillogq; Regni nr̄i muniri mandauimus. Datum Varsouiæ in Coronatiōis nostræ die septima Mensis Ianuarii Anno Domini

Millesimo, quingentesimo Octuagesimo Octauo. Regm vero mri Primo Sigismundus Rex.

Conseruatuz in posśone Captatg Sandomiriem G. Stanislaus Pekosslamski cuoz; dinatione de prouetibus et ex; pensis facta.

Sigismundus Dei gra Rex Polonie &c Significamus &c Quod gne ad- v.f.
modum Dnus Pater noster Rex Stephanus ob eximia ac preclara merita Gnosi Stanislai Pekosslawski Sandomiriem et Nariemburgensis in Luiomia Capitanei, bellis omnibus, pacatg sibi per eum prestita, munus atg dignitatem Capitanei Sandomiriensis cum curis done ipsius et prouetuu omniu administratione ipsi contulerat et conseruat, ita nobis quoq Sapientissimi et prudentissimi Regis de eo iudicium ac prestita erga illum in coferenda ea dignitate ac munere beneuolentia no potest no maxime probari. Omnino q vatum hoc Dni Patris nri erga illum beneficium habentes, et habere semper promittentes, eumq in concessione ista integre conseruantes, quod ad vtilitatis attinet. Cum illum bellis superioribus in quibus magno fuit vsui Reip. ac Regi desuncto, non modo periculo plurima alacri animo subiisse, non modo incomoda grauissima perpessum esse, verum etiam sumptus magnas fecisse, certo sciamus. Cumq preterea hoc tempore quo libertas publica plane in discrimen venerat, quo Maximilianus Archidux Austrie a quibusdam in Regum ad occupandum illud animis inductus, Caput ipsius Cracouia cum exercitu petebat, vt in ea inauguraretur, ille sincero et aperto erga Patriam studio, nihil vero sinistra iactantiam aut periculum veritus Duci quidem Exercitus

Regni Joanni de Tamoszie, se cũm instructissima Equitũm Stipendiariorũ
turma coniũngens, vtcunq; illi operam in totius belli administrõne
nauando priam suam, legesq; ac libertates publicas, egregie ac fortiter tutatus
esset, ita vt Maximilianus Dei beneficio, et Exercitus fauti ac fideli opera Cui
ris autem cura, vigilantia, et animi magnitudine, ipso socio et adiutore re
pelleretur, amissaq; copiarũ suarũ parte, amissis maioribus tormentis, irrito
conatu abstrahere cogeretur, Omnino dignum esse iudicauimus, vt gratu ita
esse erga nos et priam suam gessisset, vt nullam priuata rei sua rationem
duceret, eius nos et dignitatis et conditionis, et rei priuatas, rom quoq; ha
beamus. Quare cuiusmodi illi prouisionem pro iustmoda ea dignitate ac
munere quod gerit. Capitaneatũ minorum Sandomiriensi ex reditibus
Capitatus eiusdem assignamus et constituimus. Vt quidquid vltra quartã
partem Reipub: debitam, et Mille insuper florenos quos integre ad fis cũ
mm mserve quotamis tenebr, misuam prouisionem, meq; officiales, et fa
miliam tam Arcis quam prediorũ, et vehiculas expensas quotidianas erogã
uerit, id in rationibus per eum faciendis admissuros et suscepturos, neq; am
plius quicquam exacturos nos esse per omne Regni mri tempus promittamus
et polliceamur. Promittimusq; et pollicemur litis huius mris, Mandantes Re
gni Thesaurariis pro tempore exnti, veleo absente Vicethesaurario Curiã
aut Notario Thesauri, vt secundum eam normam a nobis praescriptam, ra
tiones abeo ex Capitaneatus Sandomiriensis prouentibus exigant, hoc est
quidquid ille vltra quartam partem Reipub: debitam, et vltra mille florenos
nobis debitos, in suam et officialium ac familiae prouisionem, et quotidiana
Capitatus onera erogauerit et expenderit, id pro rato expenso habeatur, et in
rationibus suscipiatur, neq; amplius quicquam ab illo exigatur et repetat
Quod et nos vti dictum est superius, suscepturi et ratum habituri sumus. In
cuius rei fidem et testimonium hasce manu mra subscriptas Regni mri Sigillo
munimi mandauimus. Datum Varsouiae in Comitiis Coronationis mrae die
Septima mensis Januarii Anno Domini Millesimo quingentesimo octua
gesimo octauo Regni vero mri anno Quinto.

Sigismundus Rex.

Datus inpossiom ad vitam Arx Laudan dict in Liuonia cum attinentiis G. Christopheo Iaczkaw de Bánkáw.

Sigismundus terc⁹ dei gr̃a Rex Polonie &c. Significamus &c. Quod quẽ admodum in Reipub: istius administrationẽ et supremo Regio fastigio Solũtate Diuina, et liberis ordinum, suffragiis constitũti, locum in aduersis mr̃or, auorũmq; et procerũ domus Iagiellonice Regum adepti videmur, ita illos quoq; et erga Rempub: vnice ẽsse, et erga singulos quosq; homines beneficia et tuenda et conseruanda nobis esse iudicamus. Quod cum in aliis rebus omnibus quoad fieri potest, tum in negotio quoq; Gnosi Christophori Iaczkaw de Bankow quondam Diui Sigismundi Augusti auũculi mri, fulciendi nobis putauimus. A quo ostensum nobis fuit lris ac Priuilegio eiusdem Regis Sigismundi Augusti, fuisse sibi aree Laudan in Liuonia, primum ab Illri et Magco Domine Hotkieuicio trans Samogitie gnali Capitaneo, et administratore Liuonie in possionem ad vitẽ suã extrema tempora concessam, deinde concessionẽ ista per Regem eundem approbatam. Successu vero temporis occupata a Moschouite vniuersa Liuonia, occupatam quoq; eam Arcem, cumq; postea a dicto Rege Stephano Liuonia ex manibus Moschi erepta esset, eam arcem suã uere optimo, restitui sibi debebat, priusquam repetere eam sibi liceret, applicatam a Rege eodem fuisse ad Praesidatum Vendense, vnaq; cum Praesidatu eodem Gnoso Georgio Tavensbek concessam, et ita se priuatum quodam modo seremissimi Regis Sigismundi Augusti beneficio. Quod cum nos intellexissemus, cupientes ei dictum est superius beneficia maiorũ nr̃or conseruare et tueri, habentesq; rationem meritorũ eiusdem Christophori Iaczkaw de Bankow Auunculo nr̃o in Aulicis ministeriis ac militia, Regiq; Stephano Gestarum tumultũ, et in multis aliis rebus praestitorũ, tum quod nobis quoq; in Regem

Electis enim instructissima germanicor Equitum turma in nra Cracouiam
profectione, egregiam nobis operam nauauisset, mgs periculis omnibus quae
nobis a Maxmiliano Archiducis, Regnum nobis praeripere conantis excitibus
obiiciebantur, strenue ac fortiter sese gessisset, dedimus ommino operam, vt
Aciem eandem a Gnoso Georgio Fauens bek eliberaremus ipsmgs restituere-
mus. Itaqs concessis Gnoso Georgio fauens bek ad Praesidatum ipsius Venden-
sem, aliis quibusdam bonis Arci eandem Laudan, quae ipsi Christophoro Scarz-
kaw concessa fuerat, denuo restituimus, damusqs et concedimus liki Illustre
mis, cui omnibus ac singulis eius Arcis, bonis, villisqs. fundis, agris, campis
siluis, pratis, pascuis, lacubus, piscinis, molendinis, et aliis quibuscuis rebus, fru-
ctibusqs et emolumentis ad arcem eandem pertinentibus, ad vitae ipsius ex-
trema tempora possidendam, hac vatione et his conditionibus, quae admodu
ab initio a Theodricio ducis Administratore Lithuaniae, et a Rege Sigismundo Au-
gusto fuit illi concessa. Quam nos concessionem vatam et gratam habemus.
Promittentes insuper pro nobis et Sermis successoribus nris nonesse nos et
eosdem successores nros ipsum praefatum Christophorum Scarzkaw de Bandow
vllo vnqs quoad vixerit tempore a possione eius arcis bonorumqs ipsius omnium
amoturos, etiamsi vel grauissima quaeuis nra ac Reipub: necessitas id exposce-
ret, neqs etiam amouendi cuiusqs hominum potestatem facturos, vel conseruatu-
ros ipsum in quieta eius possione ad extremum vitae ipsius tempus. Iuribus ta-
men nris Regiis saluis et integris in ea maneribus in quorum omnium fidem has re
manu nra subscripsimus et sigillis Regni et Magni Duc: Lith: muniri man-
dauimus Datum Cracouiae in Conuentu Coronationis nrae die septimo mensis Ja-
nuarii Anno dni Millmo quingentesimo octuagesimo octauo Regni nri anno Primo
Sigismundus Rex.

Datur facultas re-
dimendi et ad vitam

possidenda aduocatia in Oppido Zawnowiecz nowiecz G Nicolao Rogozinski

Sigismundus tertius dei gra Rex Polonie et designatus Sueciæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ masoniæ Samogitiæ Liuoniæ etc Magni Principatus Finlandiæ hæres, Significamus mris hisre lris vniuersis et singulis quoz interest. Quod cum Sllris et Magcis Joannes de Samostrzie Supremus Cantellarius Regni mri et grialis Exercituum, necnõ Belsen. Mariemburgen, kmis mien ejs Capitaneus, Comendasset nobis diligenter Gnosum Nicolaum Rogozmisci, dego eo testimoñ apud nos præbuisset, illum et Sermõ Regi Stephano omnibus bellis Moschouiticis egregiam in militia operam nauasse, et hoc tempore, cũ Maximilianus Archidux Austriæ Cracouiam occupare conaretur, secũ vna per eũ aliquot Equitibus sumptu proprio conductis fuisse, mego defendenda a Maximiliano Cracouia strenue et manutenese gessisse, faciendum nobis esti; mauimus, vt ob sua ista merita, facultatem illi præberemus, quæadmodũ quidem lris hisre mris præbemus, permittimusqs et confetimus, vt Aduocatia in oppido mro Zawnowiecz, de manibus Procõsulis et Consulum oppidi cuisde vel alioz quorumcunqs modernoz ipsius possorum, aut quĩ mis aliquod ad eam, sumasqs in illa legittime inscriptas habuerit, redimi possit. Itaqs ea per cuncta summa quæ iusta et legittime in ea Aduocatia inscripta fuerit, vel alioz quĩ iux æstimationẽ et taxationem ipsius, ex legum præscripto, ac recepta cõsuetudine faciendam. Quæ quidem redemptio, vbi effectum Sui sortita fuerit, Ipse prænominatus Nicolaus Rogozmiski Aduocatiam eandẽ tenebit et possidebit, cum omnibus illius, attinentiis, fructibusqs et emolumẽtis, secundum Priuilegii originalis præscriptum, et quemadmodum á prioribus possessoribus obtinebatur: Vt veroma ioris in eum mræ græ et beneuolẽtiæ argumentum extare possit, conseruamus illum in possone Aduocatiæ eiusdẽ ad vitæ ipsius extrema tempora promittentes pronobis et hæredibus Successoribus mris non esse nos et eosdem successores mros illo viuente cuiqs hoium ptatem redimẽdæ

Aduocatice eiusdem de manibus ipsius facturos aut concessuros, neqs nos
etiam ipsos successores nros eam pro usu fisci, mensæ Culinæ, Stabuli nri
vel pro bellica, ac quacumqs alia nra et Reipub: necessitate quatiuis
grauissima, eam redempturos, imo in quieta eius possone ac usu fructu
ipsum Nicolaum Rogozinski quoad in humanis extiterit, tutum et secu
præstaturos, juribusqs tamen nris Regalibus in Aduocatia eade salius ma
nentibus. In cuius rei fidem hastę manu nra subscripsimus et Regni si
gillo communiri mandauimus. Datum Cracouiæ in Conuentu Coronationis
nræ die octauo mensis Januarii Anno dni Millmo gringmo octuagesimo
octauo. Regni vero nri Primo.
Sigismundus Rex.

Consequuntur possessiones adu
tá sortium in villa
Bieniecz Gnosi Ioánes, et Hiero
nimus, Konopniczczy.

2a. Sigismundus tertius dei gra Rex Polonię &c Significamus &c Quod
cum decessisset ex hac vita nobilis Andreas konopnicki, filius Gnosi olim
Jacobi konopnicki judicis terræ Wielunen, qui cum duobus alis germa
nis fratribus Joanne et Hieronimo villam nram Bienicz vnde Aduocatialis
possidebat, cuiusqs morte, portio villæ prædictæ, quæ ad ipsum pertine bat
in dispositionem nram venisset Nos, ne villa prædicta in multas partes pos
sessoribus multiplicatis cum magno ipsius incomodo scinderetur, haben
tesqs cómendatam ei nonnullis Regni mei senatoribus, fidem, integritate
de nobisqs benemerendi studiu prum superius nominatos Joannis

et Hieronimi, quę alias in eadem villa sortes obtinet, eosdem tanqꝫ frīs mor-
tuis succrescet, in tertia quoqꝫ parte quam Andreas frater ipsoꝝ obtinuit ad
vitę illoꝝ extrema tempora quemqꝫ promitteresse suo cōseruannus et relinqui-
mus. Promittentes pro nobis et hermis successoribus nris, nonesse nos, et sucrescres
nros, spraditos fres vel quenqꝫ illoꝝ, quoad superstites fuerint, vel alter eoꝝ
fuerit a possone et vsu sortis supradictę et alimentaꝝ illius omnū, ulla
ex causa vedempturos nec amoturos, neqꝫ permisturos et iam cuiqꝫ eius rei
facultatem, etiamsi vel grauissima nra vel Reipub: aliqua necessitas id
exposceret, quinimo in patrimonio ipsius vsu illos vel quenqꝫ illoꝝ pro suo inter-
esse quoad vixerint vel alter eoꝝ vixerit conseruaturos, suribus tamen
nris et Reipub: in sorte eadem, remissionibꝫ quarta partis summę, si in ea
ni scripta fuerit saluis manentibus suis cuius rei fidem et Datum Cracouię
in Comentu Coronationis nrę die octaua mensis Januarii Anno dni
Millmo quingentesmo octuagesmo octauo Regni vri Xmo
Sigismundus Rex.

Data facultas redimendi et adquirendi tam possidendi Advocatiam in villa Gostwicza Capitaneatus Sandecen. N. Stanislao Craiewski militi.

Sigismundus tertius dei gra Rex Polonię &c. Significamus &c. Quod cum
illris et Magnus Joannes de Samostrzel supra nris Cantellarius Regni vri
et Gnalis Exercituū Dux, Comendamisset nobis Nobilem Stanislaum Craienski
militem comitiua sua, ab eius praestanti virtute et animi fortitudine, prae-
stitisqꝫ per eum seruitio antecessori mro Regi Stephano et Reipub; omnibus

bellis Moschouiticis, nobisq3 in defendenda primaria Regni vrbe Cracouia, Maximiliane eam occupare contendentibus militaribus seruitiis, et in iis egregia atq3 forti opera nauata faciendum nobis esse existimauimus vt obtata ista merita facultate illi præberemus quemadmodum quidem hiis hactenus præbemus, permittimusq3 et consentimus vt Aduocatiam in villa Gostwicza in Capitaneatu Sandecen sitta, de manibus quorumcunq3 ipsius modernor possessor, ad illam si habere existimant, redimere possit, idq3 ea pecunia, quæ iuste et legittime in ea ipsa Aduocatia inscripta fuerit, vel alio quo iuxta estimationem et taxationem ipsius et legum præscripto et recepta consuetudine faciendam. Quæ quidem redemptio vbi effectum suum sortita fuerit, ipse prænominatus Stanislaus Kraiewski Aduocatiam eandem Gostwicen tenebit et possidebit cum omnibus illius attinentiis fructibusq3 et emolumentis secundum Priuilegii originalis præscriptum, et quemadmodum nunc a modernis possessoribus obtinetur, ad extrema vitæ ipsius tempora. Promittentes pro nobis et hæredibus nostris successoribusq3 nostris, nos esse nos et eosdem successores nostros illo viuente, quamquam hoiusmodi redemptæ Aduocatiæ cuiuscunq3 de manibus ipsius facturos aut concessuros. Neq3 nos etiam ipsos successoresue nostros eam et pro vsu fisci, mensæ Culinæ, stabuli nostri, vel prouentus aut quacunq3 alia nostra ac Reipub: necessitati quantumuis grauissima eam redempturos, nisi in casu eius possessoris et vsu fructu ipsum Stanislaum Cracouski quo ad hominis existerit, tutum et securum præstaturos fuerimus tamen nostris Regalibus in Aduocatia eadem saluis manentibus. In cuius rei fidem hasce manu nostra subscriptas Regni sigillo communiri mandauimus. Datum Cracouiæ die octauæ Ianuarii Anno domini Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo Regni vero nostri Primo.

Confirmatur Priuilegium do;

nationis Curia Wolfanth cuatu-

nentiis G. Malchiazo Von Heweln.

Sigismundus tertius dei gra Rex Polonie &c Significamus pntibus lris nris quor interest vniuersis et singulis Nobilem dr Gnosum Melchiorem Von Heweln, producto apud nos priuilegio authentico patruo quondam suo Genoso Bernardo Von Heweln Capitaneo Wolmariensi, a dno Sigismundo Augusto, auunculo nro concesso, donatione perpetuam Curie Wolfarth cum octiaginta familis vsturariis in villis Kempe in villa Meisen et Surmon Vacka sitt, ipsi Bernardo Von Heweln successoribusqz ipsius vtriusqz sexus iure hereditario factam cotmte subscripto manu propria Regis eiusdem et sigillo Magni Ducatus Lithuanie pensili munito, supplicauisse nobis vt hanc auunculi nri donationem patruo suo factam, et ad se iure successionis devolutam, authoritate ac lris nris in perpetuum tempus confirmaremq et approbaremus, lras vero seu priuilegii donationis eiusdem tenor atqz verba hec sequuntur. Sigismundus Augustus Dei gra Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masouie, Samogitie, Liuoniaqz &c. dominus et hres. Significamus pntibus lris nris vniuersis et singulis, quor interest, quia nos intercessione fidelis et dilecti Domini Nicolai Radziwil de Olika et Nieswies Ducis Palatini Wilnen, Magni Ducatus Lithuanie supremi Marschalci et Cancellarii Brestcen, Kanonen, Borysouien, Sauleńqz Capitanei grialis, sincre nobis dilecti senatoris accedentis qua apud nos pro Gnoso Bernardo, ab Henclen Capitaneo nro Wolmarien accurata tum diligentia vsus est, tum clementie et benignam habentes rationem fidelis et obseruantis illius erga nos obseruantie quam erga nos in subiectione Liuonie nobis prestatus, et ordines illius professa conte-stat est. Volentes clemitie et benignitatis nre Regie in illum testmonia extare, et ad prestanda nobis obsequia eo alacriorem reddere illi et

eius legittimis heredibus in vtriusq; sexus Curiam Wolfarth cum Octuaginta familiis rusticanis in villis kempe in villa Meisen et Surman Wake sub dan, donan, et confiren esse duximus, prout hris hisce nris damus, donamus et confirmus noie et titulo hereditario, cum omnibus pertinetiis et obuetionibus, nempe fundis, agris pratis, siluis, nemoribus, venationibus, lacubus, piscaturis, aut eay fructibus et vtilitatibus vniuersis nullis prorsus exceptis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprahensis, ita late, longe, et circumferentialr prout dicta Curia Wolfarth cum Octuaginta familiis, rusticanis in prafatis villis in suis limitibus est distincta et distimitata, per ipsum Bernardu ab Hewelen et eius legittimam posteritatem, teneri, haben, vtifruen, quietes et pacifice possiden Adhec conferimus eidem Barnardo ab Heuelen hortu arsta: tum mitra memia Ciuitatis Venden sitt, necno et hortu ex lapidibus in arce Burthnick extructum noie et titulo vsu fructus ad tempora Vitae dicti Bernardi ab Heueln possiden, ita tamen vt nobis bellicam expeditione pro Consuetudine eay Ducatus seruire et alia fidelis et obsequen Subditi munia obire teneatur. Hay testimonio hray quibus in fide premisoy sigillum nrm est subappensum Datum Vilnae decima menis Julii Anno dom Millmo quingmo sexagesmo secundo. Regni vero nri tergesimo tertio. Sigismundus Augustus Rex scat. Nicolaus Radzivil Palatinus Vilnen et Camellarius scat. Post giray quidem hray, seu Ciuili legi eochi: bitionem et supplicationem de confirmatione donationis perpetuae quae in eo continetur, apud nos factam, cum videremus donationem eam bonoy supravecensitoy esse ob merita superius comemorati Bernardi Won Heweln ab auunculo nro, cuius nobis beneficiu, tuendum et conseruandu est, factam, eam quatenus in vsu et possone bonoy donatoy quae in ea continetur, Comemoratus Melchior Won Heweln extat hris hisce nris plene, integre et sufficienter, approbamus, ratificamus, et confirmamus, ita, quod vigore eiusce donationis et confirmationis ipsius nrae pntis ipse Melchior Won Heweln, qui patruo in ea ipsa donatione succesit bona superius vecensita Curiam Wolfarth cum familiis rusticanis in villis

kempe, in villa Noisen et Surman Varke, quemadmodum ante ita deinceps in perpetuum tempus iure hæreditario cum successoribus suis obtinebit et utetur quemadmodum illi visum fuerit. In quor omnium fidem presentes manu mea subscriptas, sigillis Regni et magni Ducatus Lithuaniæ de more sigillari mandauimus. Datæ Cracouiæ in Comitiis Regni generali sabbatho Coronationis nræ die octaua mensis Ianuarii Anno dni millesimo quingentesimo octuagesimo octauo Regni nri Tymc.

Sigismundus Rex.

Confirmat per Mtem Regia et Priuilegia libertates Iudeor Cracouien.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus tertius dei gra Rex Poloniæ, designatus Sueciæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Wolhiniæ, Podlachiæ, Liuonicæq; necnon magni Ducatus Finlandiæ hæres, Significamus presentibus literis nris quor interest vniuersis et singulis. Quod cum productæ apud nos essent diui predecessoris nri Regis Stephani literæ, quibus Iudeorum Cracouiensium et reliquor adeor pertinen societate, iura ac libertates confirmantur, idemq; a superioribus Regibus factitatum esse accepimus, nos exemplum superior Regum, maxime vero immediati predecessoris nri Regis Stephani sequuti, eadem vere, et iisdem verbis prout

ac sententijs quibus Rex Stephanus illor iura confirmanda suscepimus
hor est cum ea sit instituti nri ratio vi in administranda gubernãdaq
Repub: omnes cuiusq ordinis homines etiam infimos in libertatibus
quieneq suis prærogatiuis ac prior Regum cõcessionibus integre semper
conseruãmus, nec eas vel cõuellamus vel imutemus, in quoq et si so-
lenni id iure iurando dum Regno inaugurauerimr iampridem
generatimq vris nris, omnes omnium libertates, iura priuilegia im-
mitates et prærogatiuas, tam publice quam priuatim, tam Ecclijs qua
Secularibus personis, et cuiusuis alterius conditionis, vocationisq ho-
minibus, per Sermos predecessores mros concessas, hic Cracouie cõfir-
mauerimus, tum et in specie id ipsum facere nõ recusamus, quo fit, vt
cum seniores Judeor Ciuitatis nrã Cracouien ad nos venissent, suoq
et reliquor Judeor degentiu ac alior etiam ad eor cõmunitatem et
societatem pertinentium Judeor nominibus a nobis petiisset, vt eorum
iura quoq et priuilegia decreta, libertates, immunitates vrasq tam
publicas omnium quam priuatas nõ nullor, pactaq et compositiones per
modum conuentionis cum certis Ciuitatibus in Regno mro factas et initas
et per Sermos antecessores mros, nec nõ Palatinos et Capitaneos Cracouien
ipsis concessas, et quibus tempore predecessor mror gaudebãt et frue-
bantur vris nris specialibus approbaremus, ratificaremus et cõfirma-
remus non gratiam eorum petitionj assentiremur, Itaq regiũti predecessor
mror Serenissimor Poloniæ Regum exemplum, omnia iura priuilegia, de-
creta libertates, prærogatiuas immunitates per Sermos Poloniæ Reges, qui ante
nos fuerũt pergq Palatinos, Capitaneos Cracouien prædictis Judeis Cracouien
ac qui his societate cõmunitisuit concessas. Pacta etiam cum Ciuitatibus
et oppidis per ipsos facta ac inita, nec nõ cõsuetudines quibus in mercatu-
ris quam in negotiationibus quã aliis etiam in rebus tempore Sermor
predecessor mror usi sunt, et quatenus ab antecessoribus mris le-
gitime concessa sunt, quæ omnia hic pro expressis et specificatis haberi

volumus, tam in genere quam in specie, negs gnalitati per specialitatem et
contra specialitati per gnalitatem derogantes, in omnibus punctis, clau-
sulis aretitulis positionibus et conditionibus approban, ratifican et con-
firman essi duximus, approbamus qs ratificamus et cofirmamus his mis
lris perpetue ac in eum Decretum omnia iura, priuilegia lras, decreta,
libertates imunitates ipsis iudeis Czaronien et qui his societati coiun-
cti sunt concessas, pactaqs et compositiones cum Ciuitatibus et oppidis
inita, consuetudines quoqs quibus usi sunt, firmas ac inuiolabiles
temporibus perpetuis esse debere, noserus ac si singulatim et specifice his
mris lris inscripta sunt. Demqs in mercibus extra Regni euehendis, vecti-
galibus eor nomine soluendis no deteriore eor semper ratem, qua vel-
quor in Regno nro mercator esse debere, quos etiam tueri ac defendere
non minus qua alios subditos nros Committimus nraqs protectione
tutos et securos ab omnibus praestabimus, ne aliam iurisditionem
quam nram aut Palatini Czaronien pro tempore exenti, aut alius offici
pertmere legibusqs non aliis, quam vti statutis et consuetudinibus ve-
tustis tantum est, et quibus hactenus vti sunt subesse volumus. In
quor omnium fidem ac eui de tuus testimoniu has lras manu nra
subscripsimus et sigillo Regni nri communiri mandauimus. Datum
Czaroniae in Comitiis Regni gnali felicis Coronationis nrae die octaua
mensis Januarii Anno dni Millesimo quingentesimo octuagesimo octa-
uo. Regni nri Anno Primo. Pntibus Rmis Pris Dnis Illustribus, Magnis Gnosis
Venerabilibus ac Nobilibus, Stanislao Karnkowski Dei gra Archiepo Gnesnen
Legato nato et Regni Poloniae Primati, Petro Myszkowski Czaroniens, Hie-
ronimo Rozdrazowski Wladislavien et Pomeraniae Alberti Baranow-
ski Premislien et Regni Poloniae Vicecancellario, Melchiore Kochois Sa-
mogitiae, Laurentio Goslitzki kamenecen eccle gra Epis, Andrea Comite in
Tarnow Czaroniens Castellano Zatorien, Rubiessovien qs, Alberto a Lasko Sira-
dien Palatinis, Joanne Leszczynski de Czechanowiec Castellano gnabi tocius

Samogitiæ Joanne Splawski de Tarnowagorka ſuminoladislawien, Nico-
lao Sapiha Minſken Palatinis, Stanislao Comite de Tarnow Sandomi-
vien et Capitaneo Stobnicen, Nicolao konarski Calisien Joanne Taluoss
Samogitiæ Martino Liesniowolski de obory Podlaſien et Capitaneo Loſicen
Nicolao Firley de Dambrowicza Kanen, Joanne Dulski Culmen Theſau-
vario Regni gnali, Branscen, Rogosten, Swieten, Swrasenge Capitaneo, Joanne
koſcielieczki Miedzyrzecen, et Capitaneo Bydgostien, Nicolao Ligeza de
Bobrek Wislicien et Capitaneo Biecen, Zydrzowienge, Nicolao Firley
de Dambrowicza Bieren Referendario Curiæ Regni nri, Capitaneo Nouæ
Ciuitatis korczin, kazimirienge, Georgio Mniszek de magna kunczice
Radomien et Capitaneo Sanoken Sokalienge, Joanne Miskowski Zar-
nowien, Joanne Ossowski Polanoren, Stephano Gruddzinski, Naklen
et Capitaneo Valren, Christophero komorowski Oswiecimen, Stanislao
Gostomski de Lesmirze Sochaczowien et Capitaneo Kanen Castella-
nis, Andrea Opalinski de Crim, supremo Regni gnali Marschalco
et gnali maioris Poloniæ Capitaneo, Joanne de Samostrzel supremo
Regni Cancellario et gnali exercituum, Pelsen Mariemburgen Con-
sulen, miedzyrzecen, Saworomen et Grodecen Capitaneo, Petro Tylicki
Regni maiori Secretario Præposito Gnesnen, Czacowien, Warmiengs Ca-
nonico, Joanne Tarnowski Referendario Curiæ Regni, Czacowien
Wladislawien, krusuicienge Præposito, Joanne Piotrowski Decano
Posnanien Custode Sandomirien Scholastico Lanczicien et Canto
Czacowien, Joanne Galezinski Cantore Gnesnen Scholastico Wladisla-
uien et Canto Czacowien Secretariis nris, Nicolao Zebrzydowski Cra-
cowien Boleslawiengs Stanislao Pekoslawski Sandomirien et Ma-
riemburgen in Liuonia, Alexandro Komierzpolski Wielunen Joan
Thoma a Rohiow Præmislien. Capitaneis nris. Sigismundus Rex

Confirmat pez

Item Omnia Priuilegia donationes inscriones libertates prarogatiuas iudicia Tribunalis Decreta et cætera publica et priuata Ecclica et secularia Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ ac aliarum Prouinciarum illis annexarum:

In Nomine domini Amen Ea est rerum et actionum humanarum conditio, vt nihil firmum, nihil diuturnum propter breuem et interfa vitam hominum, et tot pericula intercurrentes rerum vicissitudines in se continent, facileq; et breui temporis momento ad oblivionem veniant nisi quod vnum generi humano diuinitus planè ad conseruandæ rei memoriam, beneficium tributum est, literæ nimirq; et scriptura adhibeatur quibus rebus cum ea curæ nō præsentis tantum ætatis, sed posteritatis etiam memoriam regerunt, optimè conseruari et perpetuitati, quodammodo conseruari consueuerint. Nos etiam Sigismundus tertius dei gra Rex Poloniæ et designatus Sueriæ, Magnus dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoniæ Samogitiæ, Kiouiæ, Wolhiniæ, Podlachiæ, Liuoniæ qz r Magni Ducatus Finlandiæ hæres r Cupientes priuis negotiis perpetuam et munitam intermoriturarum memoriam extare literis hisce nris vniuersis et singulis, tam æui priti quam futuri quor interest vel intererit Significamus, quod quemadmodum in celitis Regni Poloniæ et Magni Duc:

Lithuaniæ, ac cæteras illis adiunctas prouincias ordinibus, nihil nos nõ debere fatemur et agnoscimus, cũm ob acceptam ab iis materni sanguinis originem: tum quod pro singulari suo erga nos et familiã Iagielonicam affinitate materna magnis duximus studiis nos præ cæteris omnibus magni nominis competitoribus Regem esse sui voluerint, reuerintq; sententiis ac suffragiis liberis, et demũ sacro diademate imposito cõseruarint et constituerint, ita quæ ad cõmodum et emolumẽtum ordinis eorundem quæ ad conseruationẽ libertatum ipsorũ vniuersarumq; ordeõ Reipub; statũs pertinent, maximæ nobis curæ esse debere intelligimus, Et cum ea illi de nobis opinionẽ conceperint, vt se vitam fortunasq;, et quæ omnibus opibus præciosiores sunt libertates suas, prærogatiuas q; et mũnitates atq; rarissima quæq; fidei ac patrocinio nro certissimẽ se cõmissuros esse existimarint, danda nobis est opera, vt huic conceptæ eorũ de nobis opinioni respondeamus, quod vti re ipsa facere, eorumq; libertates atq; iura perpetuo, sancte et minus labilr conseruare in animum induximus: ita perpetuũ quoq; cuius rei monumentum exstare volẽtes nra sponte et animo deliberato, seguutiq; more et cõsuetudine duũ anteressorum nrorũ Poloniæ Regum et Magnorũ Ducum Lithuaniæ, omnia priuilegia, donationes, inscriptiones, actaũtalitates, libertates, prærogatiuas ac mũnitates Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ Masouiæ Samogitiæ, Kiouiæ Wolhiniæ, Podlachiæ Liuoniæq;, ac aliarum prouinciarũ illis annexarũ, comiũctim aut separatim ipsis concessas, Ecclesiasticas et seculares, tam publicas quam priuatas personas cuiuscunq; status conditionis atq; sexus existentium, ciuitatumq; et locorũ quorumcunq; per anteressores nros Regni Poloniæ, et Magni Ducatus Lithuaniæ, ac terrarũ iis comiunctarũ, Reges Principes Duces, ac dominos tam in toto quã in parte præsertim vero Casimirũ magnũ Ludouicũ Loisz nuncupatum, Wladislaum secundũ Iagielonem dictũ fres eius, Vitholdum et Sigismundum magnos Duces Lithuaniæ, Wladislaum tertium, Casimirum tertium Ieregulonis filios, Joannẽ Albertum, Alexandrũ, Sigismundũ Primum

Sigismundum secundum Augustum, Henricũ, ac Stephanum Reges Polonie
et Magnos Duces Lithuanie, ac etiam per magistros Prussie, alios Archiepos
epos, magistros, preceptores antiquos Liuonie, nouissime vero post recupera-
tam Liuoniam per Regem Stephanum, necnõ Duces Principes ac dominos ter-
ras Russie et Masouie iuste et legitime contessas et emanatas ac iuri co-
mune vtrusq; gentis nõ contrarias, et item, iuxta leges, statuta cõstitutio es
iudicia Tribunalia vltime instancie, ac decreta, libertates et immunitates in
Comitibus Regni gralibus quibus hãt, ordinationesq; latas atq; sanctas, no-
minatim autem libertates et leges in Comitu Electionis Henrici Regis, ac
in Comitu Andreouien et Coronationis Regis stephani, constitutionemq;
de iudiciis tribunalis in Comitu Wareschowien, ac demq; leges et cõstitu-
tiones in prti Comitu Coronationis mre sanctas, aut quas adhuc sanci-
entur et nobis exhibebuntur, ita tamẽ vt ner specialitas gralitati, nec
gralitas specialitati deroget. Tum etiam conditiones per oratores meos
ac serim parentis mei Joannis tertii dei gra Regis Suecie et cum ordinib9
constitutas ac cõ nobis approbatas, iuxta tras nras de cisdẽ cõditionib:
tirta Coronationẽ nram contessas tenorem (quor omniũ præmissorũ
tenores tanti esse volumus, ac si histe sris de verbo ad verbũ inserte
sint) in omnibus eas articulis punctis, clausulis, conditionibus ap-
probandas, roborandas et cõfirmãdas duximus, approbamusq; robo-
ramus confirmamus per prites tras nras, decernẽ illas et illa omnia
quæ superius cõmemorata sũt, perpetuæ, indubiæ ac inuiolabilis firmi-
tatis robur obtinere debere. Recipimusq; spondemus et Regio nro verbo
pollicemur illas in præditis eas partis, articulis, clausulis, cõditioib9
firmiter inconcusse inuiolabilr tenere observare implere et exequi
ac omnibus et singulis ex iis satisfacere tum effectu et teneri obser-
uari et exequi facẽ. Item pollicemur, recepimus ac spondemus, quod
omnia per hostes finitimos iuste a Regno Magnoq; Ducatu Lithu:
et dominiis earũdẽ quocunq; modo occupata, vel bello vel quouis

alio modo distracta, ad proprietatem et vnionē eiusdem Regni Polonie Magni Duc: Lithuanie aggregabimus, negs finies Regni et Mag: Duc: Lithuanie minuemus sed pro viribus nris proferemus et dilatabimus. Quod si aliquid con libertates et immunitates, iura, Priuilegia p'dict Regni et Mag Duc: Lithuanie, ac cæteras Prouincias iis annexas ferremus, non seruantes (quod absit) aliquid illoz in toto vel in pte id totum irritum et inane nullius q3 momēti fore determinamus et pronunciamus, Quod vero supra hisce lris, priuilegia, libertates Ecclias cum tabulis confirmauerimus, id nihil auticulo huius iuramēti derogare volumus, quod vbi pacem et tranquillitatē inter dissidentes de religione tuebimur et manu tenebimus q' quē meo russe firmiter et inuiolabiliter, ac cum effectu nos obseruaturos promittimus ac spondemus. Quantes insuper potestatem Cancellario et Vicecancellario Regni vt has lras confirmonis g'alis, iurii, Priuilegioz et libertatū Regni et Magni Ducatus Lithuanie, ac terraz iis annexaz, authentice sub Regni sigillo ordinibus, terris, ac subditis nris, quibus eam regulare et non expectato alio mandato nro, vtergs, vel alterius eoz extradat. In cuius rei fidē has lras hasce manu nra subscripsimus sigillumq3 Regni iis appendi iussimus. Datum Cracouie in Conuentu Coronationis nre die octaua mensis Januarii, Anno domini Millimo quingentesimo octuagesimo octauo. Regni nri anno Primo. Pntibus Rmis Rndis Illustribus Magnis, Gnosis et Venerabilibus ac nobilibus, Stanislao Hosiusio Dei gra Archiepo Gnesnen, Legato nato et Regni nri Primate, Petro Myszkowski Cracovien, Hieronimo Rozdrazowski Wladislavien et Pomeranie, ac Alberto Barzanowski Przemislien et Regni nri Vicecancellario, Melchiore Goduoitz Samogitie, Laurētio Goslicziski Camenecen, eadē gra Epis, Andrea Comite in Tarnow Cracovien et Capitaneo Sathovien Rubieszouien, Alberto a Lasko Siradien Palatis.

Joanne kiska de Czechanowiecz Capitaneo gnli terrary Samogitiæ Jo-
anne stpiamski de Targowagorka jūniwladislamien, Nicolao Sapieha
Vnisten, Palatinis, Stanislao Comite de Tarnow Sandomirien et Capita-co
Stobnicien, Nicolao Conarski Calisien Nicolao Talwosz Samogitiæ, Mar-
tino Liesnowolski de obory Podlassien et Capitaneo Losicen, Nicolao
Firley de Dambrowicza Nawen Joanne Culski Culmen Thesaurario
Regni gnli, Bransken, Rogoznen Swiecien, Surazensis Capitaneo, Joane
kostczielieczki Miedzyrzecen et Capitaneo Bydgostien, Nicolao Ligeza
de Bobrek Wislicien et Capitaneo Biecen Zidaczowien gs Nicolao Fir-
ley de Dambrowicza Biecen Referendario Curiæ Regni mri, Capitaneo
Nouæ Ciuitatis Corczyn et kazimirien, Georgio Mnisek de magna kun-
czyce Radomien et Capitaneo Sanocen Sokalen gs, Joanne Myskow-
ski Zarnowien, Joanne Ossowski Polanecen Joanne Bogusz Siecho-
vien et Capitaneo Zwolenen, Stephano Gruchzinski Rakclen et Capi-
Walcen, Christophoro komorowski Oswiecimien, Stanislao Gostomski
de Leszemirze Sochaczowien et Capitaneo Nawen, Stanislao Crasinski
Czechanowien, Stanislao Cykowski Conavien in terra Lanciticn. Ca-
stellanis. Andrea Opalinski de Brin supmo Regni mri Marschalco
et gnali maioris Polonie Capitaneo, Joanne Zamoiski supmo Regni
Cancellario et gnali Exercituum, Belzen, Mariemburgen, kmsimen Mie-
dzyrzecen, konserowien gs Capitaneo, Petro Tylicki Secretario Maiore
Regni Præposito Gnesnen Cantoi Cracowien, Joanne Tarnowski Refere-
dario Curiæ Regni Cracowien Wladislawien Lancicien, Crusuicien gs.
Præposito, Joanne Piotrowski Decano Posnanien Custode Sandomirien
Scholastico Lancicien et Cantoi Cracowien Secretariis mris, Constantino Cu-
rie in Ostrog Magni Curatus Lithuaniæ Incisore et Wlodimirien Nico-
lao Zebrzydowski gnali Cracowien Bolislawien gs, Stanislao Lekoslaw-
ski Sandomirien et Mariemburgen in Liuonia, Alexandro komes
polski Vislumen, Hieronimo Mielieski Brzesten in Cuiauia, Paulo Vchan-
ski de slusewo Prohobicn, Joanne Thoma a Prohoiow Przemyslien

Petro Opalinski de Bnin Vaklen Rohatmenq3, Petro Myskowski Oswie-
zmien, Stanislao Przyiemski kominen Joachimo Oczieski Olstmen
Stanislao Sakramerz de Pieskowa skala Lielioüien, Sebestiano Lubomir-
ski Dobrzien, Salmaz Czarnoüien Præferto Stanislao Lanczkorunski
de Brzezie Skalen Capitaneis, Stanislao Zikowski de Woislawize Cza-
noüien, Georgio Radosowski Boxa Mielunen, Kihano Rohoiowski
de Rohoiowo Przemislien, Baltasare Stanislawski Sanoren Venre-
slao Vrowierski Chelmen Succamerariis, Joanne Gaiewski Posnanen
Falire Greski Czarnoüien, Swientoslao Orzelski Kalisien, Stanislao Kaz-
mierski Siradien, Petro Strzala Batorien Judicibus terr'ibus, et aliis
multis Secretariis officialibus et auliciis m'is, terrar vero m'cis om-
nibus ad p'sentem Comitem congregatis:

Datu2 tenuta Ka-
mionacen Mag'co
Nicolao Firley
de Dambzowicza Palatino Lu-
blinen a d vita.

vig. Sigismudus tertius dei gra Rex Polonia2 et Sigmfitarmus 2. Quod cum
recto seruenus Magnificum Nicolaum Firley de Dambzowicza gue
nuper Palatinu Lublinen remittriarum ita apud ipm Sigismudu
Augustum Regem aunculum nr'm, et apud proxmu defunctu Rege
Stephanu in publicis negotiis versatum esse, vt maximo Reipub: atq3
Principibus suis esset vsui, fidemq3, industriam et dexteritate sua

illis vbigs probaret, pruẽcitas autem ves suas valde ob id accisas haberet, existimauimus nri esse offitiũ, vt quod factum Regẽ Stephanũ, nisi morte preuentus fuisset accepimus nos faceremus, hoc est, ipsum precessorem Magnum Nicolaũ Firley, qui ita de Repub: meruerat vt sua nõ magni admodũ faceret, aliquo beneficio et liberalitate nra uũeremus: quia ex re multa nos consequuturos videbamus, illud tamẽ precipue, quod virũ clarissimum familia m Regno nro celleberrima, optimẽ de Repub: meritum, magnisqs animi et ingenii dotibus, magna in omni re dexteritate, et grauitate ac solido iudicio preditu, et nobis cõiunctissimum, et ad Reipub: seruitia subsidio aliquo accedẽte paratissimum redderemus, presertim quo dyssus opera, in grauissima et magni momenti ad Comitium imperii legatione hoc tempore vtendum nobis esse decreuerimus. Quare cum deceasset ante mortẽ adhuc sermi Regis Stephani Temita seu Captatus Kamionatensis in Belsen et Russiae Palatinatibus, qui Gnosus Jo: ames Zborowski Palatini des Czaromien, dum viueret, tenuit, isqs in administrationem a Rege eodem Gnoso Hiatmicho Mlodzie: owsla Thesaurarius Curiae esset datus, cum nos ex administrone eiusdem Curiae Thesaurarii ereptum, ipso Magno Nicolao Firley de Dambrowitza Palatino Lublinen, in vsumfructũ ad vitae ipsius extrema tempora damus et conferimus. Cum omnibus et singulis eius Temitae seu Captatus, oppidis, villis, curiis, praediis fundisqs, agris siluis, pratis, pascuis, piscinis, lacubus, molendinis, tabernis ac subditis, et veligus quibusqs vebus atqs bonis ad eam temitam seu Capitaneatum pertinentibus, fructibusqs et emolumentis millis penitus exceptis, aut pro nobis et successoribus nris reseruatis, ea tamẽ conditione, vt quartam partem fructuũ ejusdẽ Temitae seu Captatus Reipub: debitam. Quam quotannis iuxta

Constitutionj publicatay præscriptũm inferat, ex reliquis porro
tribus partibus nobis debitis nihil ommino quo ad vixerit sol,
neve tenebitur. Promittimusq3 pro nobis et nr̃is successoribus nr̃is
nr̃ò esse nos et eos de successores nr̃os ullo unq3 tempore. quo ad illi
vixerit eum a possone et usu fructu eius temerare seu capitalius
bonoq3 ipsius ommu amoturos, etiamsi vel grauissima quæ
cunq3 nr̃a ac Reipub: necessitas id exposceret, neq3 amouendi etiã
ptatem cuiquam facturos, verq3 conseruaturos eum quo ad in hu
manis exciterit, in pacifico eius usu ac possone. Iuribus tamen
nr̃is Regijs salvis et integris ineo manentibus. In quoq3 fide
hasce manu nr̃a subscripsimus Regni sigillo mnimri mãdauim
mus Datum Racouiæ in Comitijs Coronationis nr̃æ die Nonæ
mensis Januarii Anno dñi Millmo quingentesmo octuagesimo
octauo. Regni nr̃i anno Primo.

Sigismundus Rex.

Confert. Palat. Lublinen. Nicolao Firley de Dambrowicza.

℣p. Sigismundus tertius dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Quod
cum in Reipub: huius nr̃æ administratione ita esse constituta videamus
vt summo Regio imperio adiunctum sit perpetuum amplissimi senatus con
silium, ad quod viri præcipui et spectatæ erga Rempub: fidei, a primo
ribus deligantur, ommino se nr̃m imperium nr̃amq3 Reipub: istius

gubernationi̇ faluti̇m et stabile messe volumus, danda nobis est ope,
ra, vt si qua in re in deligendo rerti senatu, omnis quacuqs maxia
esse potest, a nobis cautio et diligentia adhibeatur. Plurimu emi̇
vt rebuspub: ita Regibus quoqs ipsius ac Principibus in eo situm e,
quale senatum, et quale habeat consiliu, cum a recte, vel secus con,
sultis veliqua omnia dependere videant, tu aut cura atqs diligen,
tiam in hac mra Repub: cum in aliis senatoribus tu maxime in Pa,
latinis requiri existimamus. Cum emi̇ Palatini ex instituto huius Rei,
pub: veluti Capita quaedam et directores sint suoqs Prouinciarium
ac eoqs in bello Duces, in dicendis vero se rectius et statuen de Repub:
magna illoqs sit authoritas, oportet, qui in eo munere versari de,
beant viros esse, vt probitate ac veliqus virtutibus insignis, ita
graues, prudentes et rerqs veru peritos, quae cu ita se habeat, nobisqs
mortuo sub aduentu plane mri Magri Joannis Tarto de Stre,
kanowitz Palatino Lublinen in locum ipsius alius esset Palatinus
deligendus, existimauimus, optime nos Reipub: nobisqs consulturos
si in defuncti locum Magnum Nicolaum Firley de Dambrowi,
ca Castellanu Nauen, Palatinu Lublinen creauemus. Primu enim
quod magni semper in his qui in gradu sublimiore et in oculis
hominum collocantur habitum est, iis ille maioribus eaqs familia
est natus, quae plurimos viros, et in toga et in armis praestantissi,
mos protulit; ex ea primarii multi senatores, ex ea exercituu ac belli
Duces celeberrimi, ex ea qui magna cu laude sua et Reipub: digni,
tate amplissima in Repub: munera administrarunt. A quibus ille
prosectus nihilo se in sequenda virtute et bene merendo de patria infe,
riore illis praebet. A prima enim sua iuuentute, postqs ad Rempub:
accessisset, continue fere in rebus grauissimis versatum accepimus
legationesqs multas apud externos Principes obiisse, in Prussia
vero Ducali, cum in periculum maximum illa prouincia ob decepti

Ducis ætatẽ, vemſet cõmiſarius cũm aliis nõnullis deſignatus
prudẽtia et magnitudine animi pernitioſiſſima quorundã con-
ſilia quæ iam altẽ in magnũm eius dẽ Prouinciæ detrimentũm
et ſtatus ipſius mutationẽ radices egerãt, ita cũm reliquis colegis
compeſciſſe vel extinxiſſe potiũs vt magnis difficultatibus, non
modo Prussia, vey vniuersa Respub: liberaretur, Omittimus alia
quæ domi ac foris tam Regũ superiox quã interregnox tempoꝛe
ab eo ſimil geſta, quæ longũm eſſet cõmemorare. Omittimus, quam
graui, quã ſolido quã matuꝛo et exposito sit iudicio, quam magn
item vey vsũ et dexteritate, qua iuꝛis atqꝫ legũ veruꝫo et clemẽ-
ſtiay et externay peritia, qua eloquẽtia, quibus item aliis ani-
mi dotibus atqꝫ virtutibus, quæ ſane omnia sint in eo maxima.
Onde dignissimi eſſe iudicauimus quẽ è Castellanatu præfato
Rauẽſi ad Lublinen Palatinatum transferemus, quod quidẽ
vris hiſtẽ nris facimus, ipsumqꝫ Lublinen Palatinũ in locum
defuncti Magci Joannis Tarlo constituimus et vemciamus,
dantes et concedentes illi eum ipsum Palatinatum.

Thelonea Ruſſiæ G. Vencesla Vhrowieczki et

Paulo Ozechowski in arẽdã locatꝫ

ep. Sigismundus tertius dei gra Rex Poloniæ &c significamus vniuersis

et singulis quor̃ interest hiis l'ris m'ris. Nos ad araciũ n'ri cõmoda maxime pertinere arbitraci, si Thelonea Russiæ ad eũdem modũ quo preterito quinquẽnio administrata fuerãt retineantur. Quocirca quoniam a die vigesima mensis julii Anni 1586 usq3 ad decursũ trium annor̃ Gnosis Venceslao Chrowiecensi Succameratio et Pau'lo Orzechowski Pincernæ Chelmen', duodecim Millibus florenor̃ a Quo predecessore m'ro salaris recordõnis locata fuerat in eadẽ locatione ad octo annor̃ expiratione eosdẽ conseruãdos esse putauimus prout p'tibus l'ris m'ris conseruamus. Ita tamẽ. Quod eius dẽ Arendar nomine nõ nisi Decem Millia et sexcentos florẽos annuatim nobis siue ad Thesaurũ m'm duabus pẽsionibus, secũdum prioris locationis l'ras soluere et numerare teneant. Quartam tamẽ partẽ ex Thelo'neis iisdem Reipub: debitam, vltra eam summam, quã ad Thesaurũ m'm inferre debebũt, integre atq3 plene nihil eo nomine exsima supra' scripta deducendo aut detrahẽdo soluẽt, similiq3 pẽsiones et l'ras antiquitus ex Theloneis iisdẽ dari solitas, vltra eandẽ nobis debitã summam, sine recusatione et difficultatibus soluere itidem debebũt. In reliquis porro rebus omnibus l'ras prioris locationis serm̃i ante'cessoris n'ri ratas esse volumus. Quod attinet casus fortuitos, si vel pestis vel bellum in Regno quod absit accidat, aut mercator̃ Comi'tia inhibita fuerint, et aliquam propterea notabilẽ diminutionem in Thelonijs subsequutam esse appareat, eius rei benignam rationẽ habituri sumus, sumet autẽ initium sequẽtis istius octennii, locatio, a die vigesima julii Anni 1589 ad similẽ diẽ vigesimam julii, 15 nonagesimi septimi. In qua locatione, nos eosdẽ cõsecuturos esse polliceamur, vrgz ad integri octennii decursũ. In cuius rei euidẽtius testimoniũ l'ras has manu m'ra subscriptas sigillo Regni obsignari iussimus. Datũ Cracouiæ die nona mensis januarii Anno dñi Millesimo quingẽsimo octuagesimo octauo Regni m'ri anno Primo. Sigismundus Rex.

Supariatus Ilkusienčuce-tapčsione, G. Do-minico Alamani confert

Sigismūdus terciūs dei gra rex Polonie ꝛc. Significamus ꝛc. Quia cum Prefecti Culmē mre munus, quod Gnosus Dominicus Alamani ad meliorē provisionē obtinebat in nram dispositionē accepissemus, rationē habētes ipsius in Rempūb. et predecessores nros meritorum ipsi officiū prefecti fodinar Ilkusien siue Supparciatus Ilkusien quod hactenus Gnosus Michael Maleczkowski, magnus Procurator Arcis mre Cracovien administrauit, cū his que ad officiū hoc ex more et consuetudine recepta pertinēt, cōtulimus, conferimusq; suis hisce meis ad vite ipsius extrema tēpora. Reservātes mihi tamen nobis plātem provenciū eorundem fodinar, decimā nimirū gra in vulgari Olbora vocatur, et alios quoscūq; loci illius provētus rui, visum nobis fuerit locādi et quomodo visū nobis fuerit de ius disponēdi, salvo tamē et illeso eius officio manēte. Cuius gūidē officii nomine duretos floros pollonicā amuatim ex provētu superius nominato fodinar sue decima metalli percipiet. Exeodē etiam provētu vltra provisionē istam duretor florū, quadringētos preterea floros illi in singulos quosq; annos pensionis nomine assignamus et cōredimus, perq; quam diu vixerit percipiēdos, quam vltraq; summam tam sexc duretor florū pensionis quam etiam quadringētor florū pensionis a mūce Thesaurarii nri, mre et pro tempore

existentes in rationibus vigore prtis concessionis mre ipsi sustinere
tenebuntur, vel etiam si locati per nos fuerint, prout tus eas Jodimas,
redemptaros illi eam summam numerare et reddere quotanis debe-
bunt. Ad quod ad notitiam omnium quos interest, praesertim ve-
ro Thesaurarii Regni mri gnalis moderni, et pro tempore exntis
deducimus. Officialibus vero, et alus omnibus cultoribus mo-
In nomine Domini Amen. Sit cuius rei quæ sequitur memoria. Nos Sigismundus tertius Sei gratia Rex Poloniæ magnus dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ masouiæ, Samogitiæ Liuoniæ quoq; nec non Regni Sueciæ proximus hæres, et futurus Rex. Significamus præsentibus literis quorum interest universis et singulis. Et si diuturnitas ea sit ratio, vt se ipsa sit contenta, neq; vllis externis ornamentis cupiat clarescere, vtq; nullius laudis sit indiga, sed propriis obitis ac subsidijs innixa, nec fortunæ, nec fati, hominumq; nutibus locomouere subuertiq; possit ac vt ipsam vel inuitam sequatur vltro gloria, sit illa omnes qui illam consecuntur ad summa honoris fastigia euehit eorumq; memoriã æternitati commendat adeo vt qui illa sunt præditi sis admiraculo omnia ad felicitatem necessaria præsto esse merito putemus: tamen in bene constitutis rebus publicis, et apud quoduis sumos principes semper vtile receptum, et obseruatum fuisse. vt si in aliquibus meritis specimen magis emineret, si non modo alia referent præmia, verum inter præcipuos quodammodo haberentur, et ad maiores honores ac dignitates hac re additus illis fieret honorificus. De se principum testimonijs cum apud eos quibus noti essent, tum apud posteritatem quoq; exornarentur, non enim ei solum iustitiæ partiq; suum cuiq; tribuit maxime videtur conuenire omnibus bene de rebus publicis et humana societate meritis tanquam mercedem meritorũ conuenientem honorem hic tribuere, et hac quasi dignam gratiam ijs referre verum ad memoriam quoq; perpetuitatem rerum publicarũ plurimum valere prudentissimi homines existimarunt, si ut minis, et pœnarum acerbitate à malefitijs improbi arcerentur, sic bonis præmijs propositis, et quasi calcaribus ad molis, ad virtutis amplexenda studium inuitarentur, et accenderetur, Ita enim vel pœnarum formidine deterritos vel præ-

miorum sbe mentaeus (si quidē vita duo ad hominū animos in vtramq; partem mibelendos, plurimū possunt) facilius mortales bale Serinam illam virtutis speciem cum salute, et dignitate re: ibus: esse sequuteros. Indeq; apud antiquos quasq; res publicas et summos principes diuersa premiorū et cenarda virtutis ge: nera vsurpata principibus prout cuiusq virtutē cognitā, et per: spectam habuere cā conferendis, et decernendis. Vnde q; insignia, ac imagines promanasse, vt videlicet eius eximiē virtutis testimonia princeps conspexisset is praecipuis qui: busdam miac imibus, et insignibus, acquisitis illa publicē de: ferenda at promiscua multitudine segregatus cum cum loco nobilis Soc est virtute quam nunc coluit clarus esse mibe: ret. Quo instituto cum vt alios fere clarissimos quosq; bopu: los, et principes ita in Regno Soc nro maiores, etante ea esso: resnros reges Poloniae vel maximos vros accepissemus. Nos etiam Soc illorum exemplum praeclarum, et per manus sucusq; recte tradi solitum summa cum voluntate, et pro: tensione nra sequendum nobis esse putauimus. quo fit vt cum in Soc reipub: ordinis equestris magna sit dignitas its tamen qui excellenti aliqua virtute praedit fuerint, ac vel regibus publicis vel industria, et probatissimo vitae genere inclaruerint communicari ea consueuerit. Quodquidem nos ob virtutem similiter, et singularē in omni re dexteri: tatem ob conuersationem integerimam vno optimo Stani: slao Nagorski qui vulgo Slachcica vocatur, et in Ciuitate nra Sandomirien domicilium constitutū habet, tribuendū quoq; putauimus. Primum quidem quod maiores ipsius ex Soc eodem ordine equestri promanasse intellexissemus, tempo: tamen, et fortunae iniuria ad egestatē delapsos necessario genus vitae mutauisse, et oppidanorū instituta secutos fuisse. Deinde vero quod ipsum nec eundem Stanislaum Nagorski ita ad meunte aetate vixisse, ita rationes compositas habuisse, et ita inter homines versatum esse, accepissemus, vt gra: uis humili loco esset natus, animum tamē ad virtutem, et honestissimas actiones erectum semper habuerit probitatēq;

et nomen eorum conseruare semper studuerit, ita vt actiones illi-
us omnes nihil nisi praeclarum, nisi nobili viro dignum praeferret,
indeq; factum vt in publico vtriusq; Regni Senatu
Legati Ordinis equestris commendati Sabentes eius virtutem,
et animi dexteritatem, quod ipsis apud Reipub: magno vsui
posset, eum ordini suo à nobis adscribi, nobilemq; dici ac re-
nunciari publice, in consessu Senatus cui per generosu Stanislau
Bysconski Castellanu Cracouiense, Siradiense Legatu petie-
erit, quorum nos petitioni ex multorum praecipuorum Senato-
riorum, de eodem Stanislao Nagorski testimonijs, iustissima
esse censentes illi assentiendum omnino esse decreuimus,
Quare annuente Senatorum quoq; omnium in hoc generali con-
uentu voluntate, ipsum commemoratu Stanislaum Na-
gorski, et liberos, ac posteritatem ipsius omnem vtriusq; sexus,
ex lumbis eius descendentium vel descendendam ordini eque-
stri adscribimus, nobilemq; ac nobiles, eo quo caeteri nobiles
iure esse censeri iussimus, dicimus, et pronuntiamus.
Partes, et concedentes illi cum ipsius posteritate, omnia iu-
ra omnes prerogatiuas, libertates, immunitates, exceptiones,
et praemia quibus caeteri nobiles vtuntur. Quorum vero
nomen et insignium, Nobilitas Regni ipsius certis quibusq; sin-
gulis seu notis potius proprijs vel accidentes cuiusq; virtute
indicantibus, optulit quod ipsum Stanislaum Nagorski venerabilis
Martinus Suskowski Archidiaconus Zawichostens, Canonicus Cra-
couiensis, in sui exemplatis communionem, ritu familiae suae
cuius nota est semilunia duo, cum sitecmelio gladio, quod
insigne seu stemma, communiter Ostoia vocatur, accepisset,
et adhibuisset, Nos ipsum stemma ipsi Stanislao Nagorski,
pro insigni ipsius domui, et concedimus, ac Ostoiorum genti
eum adscribimus, eo modo et ratione, vt ipsius insigni seu
stemma, sint duo ut dictum est semilunia, seu bina semile-
na Lunae, cornua exteriora, teliga vero ad se inuicem conuer-
sa Sabentes, medio inter eas, stricto, et cum strato gladio
in eius manore, cuspide cum capulo, seu manubrio conuerso,
in campo rubeo cum subscripta galea, atq; corona, et ex ea pro-

minente Diacone flammá cuomente, gladioq; in ozem medio flam-
ma, cum duobus in eo expressis serilunijs gestante, Quemad-
modum in eiis Sisce artificis manu exiactius id Lebnictum Sabe-
tur Quod insigne seu stemma ipse Stanislaus Nagorski, et ipsius
posteritas in perpetuum retinebit, eoq; insignandis epistolis
ac quorumlis priuatis, et publicis negotijs, edificijs, vexillis,
monumentis, ipse et posteritas eius vtetur, eo modo quo insig-
bus suis, alia regni nra nobilitas, ac familia vtuntur, Quod
quidem vniuersis, et singulis Regni, et subiectorú nobis
litionum Sominibus, ac ceteris quorum interest presentibus
Sisce, denunciamus. mandantes vt ipsum commemoratum
Stanislaum Nagorski, cum ipsius vt viroq; sexus posteritate, ab
eo descendente pro vero, et legitimo nobili reputent, ac habeat.
locum illi tanquá vero nobili in omnibus actibus, et congrega-
tionibus publicis, et priuatis dent, armis, et insignibus suis
vti illum permittant, atq; adeo, quæ viris nobilibus equestris
ordinis iure, vel more, et consuetudine regni Suius recepta,
debentur, et competunt, illi et posteritati eius tribuant, Idquod
nos optimè queq; pro officio suo, et gratia nrá sponte sua fa-
cturum non dubitamus, quod si quis cuismodi fuerit, qui mali-
gnitate aliqua adductus, nobilitati ipsius, detrahere, aut obtre-
tare ausus fuerit, pœnas contra detrahentes aliorú nobilita-
ti legibus sancitas subiacebit, In quorum omnium fidem &c.
Datæ Varsauiæ in Conuentu Regni gnáli die xv^o mensis
Aprilis. Anno dni M^o D^o xc^o Regni vero nri anno tertio.
Præsentibus vt supra. Sigismundus Rex.

Matzia Suliski Notarii Castren Naklensis Nobilitatio

In nomine Domini Amen. In perpetuam rei quæ sequitur me-
moriam. Nos Sigismundus tertius Dei Gratia Rex Polonie, et Suecie, Quod
admodum alijs in rebus laudi, et commendatione dignis máio-
rum nostrorum R. P. victus regum, ac ceterorum eiá laudá-
bilissimorum quorumq; Principum libentissime nobis probani-
mus, et imitamur, ita non minus in eo vt virtute, vt recte facta

et preclara migemia, grata esse nobis ostendamus, debitis q̃ præmijs,
et ornamentis, illa sonestemus, tum quos̃ vt qua alitũ decora vel
natura beneficio obtigisse, vel à maioribus relicta esse cognos:
uerimus, ea non modo, non supprimamus, verum illustriora etiã
quantũ situm in nobis est reddere studeamus. Quod sane vtrũq̃
cum nobili Matria Sulistki, a Stule se obtigisse, ex Senatorum
quorundam nostrorũ testimonijs, cognouissemus, hoc est quod
et ob limis multis virtutibus migenioq̃ præclaro essetprx:
ditus, et sua quoq̃ decora à maioribus relicta haberet, vtrũq̃
itidem mi eo illustrius reddendum putauimus vt minimũ,
et virtuti præmium decerneremus. et decus à maioribus.
traditũ confirmaremus, ita enim edoctos esse nos illum ex
nobili in Sylesia Sulcioriũ familia originẽ ducere, patremve:
ro ipsius decessoribus nris ac P. P. in militia cum generoso
olim Bernardo Pretficio operam nauasse, ipsum porro Mach:
am, et migenio esse præclaro iurisq̃ Polonici non mediocrem et
virtutis, ac integritatis suæ sonestissimorũq̃ actionum mi osto
Notariatus Castri Kaliẽ, documenta non vulgaria de:
disse. Quare ne fortasse quod externus ille esset dubitari
ab aliquo de nobilitate ipsius possit, ipsum nos cum germanis
eius fratribus Martino Adriano, et Eustachio Sulcijs inter:
cedentibus pro eo terrarum Kuntij ad pentẽ conuenẽ Re:
gni Varsauiẽ congregatis per generosũ Stanislaũ Sykorski
Castellanũ Konariẽ, et Capitaneũ Sradiẽ, assentiẽq̃ Se:
natu vniuerso ordinũ equestri Regni nri adscribimus, ipsũq̃
cæteris eius superius commemoratos cum eorũ posteritate,
sexus vtriusq̃ abillis descendente, nros nobiles Polonos
dicimus, creamus, et pronunciamus, proq̃ veris nobilibus
in Regno Polonie, et dominijs nobis subiectis conseri respe:
tari, et ab omnes immunitates libertates, prærogatiuas,
dignitates, ac honores q̃ nobilitati Polonicæ debentur
aut competunt, bonaq̃ terrea possidere aptos habiles, ac ido:
neos esse qua, et aut Sate nra Regia iubemus, statuimusq̃
et declaramus. Arma quoq̃ et insignia familiæ eadem
eadem quæ nunc gestant nos etia illis conferimus, et con:

frimamus, videlicet scutum deorsum conuersam, cruce mise con:
tinentem in viridi scuto, ei veromicum bentem galleam occlusam
coronatam, exqua extenditur cauda pauonis, in ea autē stellae tres
aureae duae superius tertia vero infra illas consistens, per mitenne:
lem autem caudam sagitta acuta fixa, prout hoc in medio di:
plomatis istius descriptae et praocculis positum clarius apparet, Vt
autem Regiae hae munificentiae in praefatos Nobiles Szulis kie
eorumq; legitimos vtriusq; sexus successores abundantius
extet testimonium volumus vt cognomine ab antecessoribus
illorum aut intermisso, aut iniuria temporum, vel dominum mutato
vtantur vocenturq; Szulisch illi ipsi eorumq; successores sexus
vtriusq; legitimi. Quod quidem vniuersis et singulis Regni domi:
niorumq; nostrorum Dominibus praesertim vero Equestris ordinis
nobili genere natis tam publicas functiones, aut magistratus
gerentibus quam priuatis quibusuis personis praesentibus lite:
ris nostris denuntiamus, mandantes autoritate Regia, vt
ipsos Mathiam, Martinum, Adrianum, et Eustachium Szulis kie
a Szulie Scum illorum sorte libus vtriusq; sexus ab ijs legitime de:
scendentibus pro veris nobilibus habeant, eorumq; illis tam in
generalibus, seu publicis, quam etiam particularibus conuentibus
concedant, armis superius descriptis, et insignibus eos vti, honores
item et dignitates, ac officia tam spiritualia, quam secularia adi:
re ijsq; frui, et gaudere eos successorumq; eorum legitimos pati:
antur, nec eoq; vera virtutis se esse amatores ostendant. Si quis
vero illis aut posteris illorum palam, vel occulte obtrectare, aut
de nobilitate stemmateq; illorum detrahere ausus fuerit, mul:
ctam seu poenam legibus contra detrahentes aliorum nobilitati
sancitas incurret, salvo iure illis, eorumq; successoribus vti ve:
ris nobilibus pro praemissis in foro nobilitati competenti agendi

reservato. In cuius rei fidem ré Datum Varsauiæ in Conventu Regni generali die xv mensis Aprilis Anno dñi M°.D°.Lxxxx°. Regni vero nri anno tertio. Præsentibus vt supra.

Sigismundus Rex.

Ioannes Dzieczmiarowski Ordini Equestri adscribitur.

In nomine domini amen. Adperpetuam rei memoriam. Sigismundus &c. tertius dei grá Rex Poloniæ &c. Significamus ré. Quod nos cernentes in humanis rebus nihil esse stabile et perpetuum. quod etiam in ipsis familijs videre est quæ vt sæpenumero à paruis initijs profectæ ad summam fortunarum amplitudinem deducuntur, ita crebro etiã à fastigio excelso, vel per ignauiam, vel per iniquitatem aduersæ sortis, vel per deducta in plures portiones patrimonia, in præceps delabuntur. Idem vtr venisse Ioanni Dzieczmiarowski intelleximus, cuius pater Albertus Dzieczmiarowski, cum adhuc tenera ætate in maiori Polonia semper ordini equestri famulasset tandem nobilem Dorotheam Pawlowiczka de districtu Posnanien virginem vxorem duxisset ex qua dictum Ioannem Dzieczmiarowski filium suscepit, cum ea angustia rei familiaris in loco in oppido nro Pyzdren Posnan pro more aliorum ciuium vitam ducens degebat eam tamen quæ Regni Suis legibus, et institutis nobilitatem quasi quodammodo capite diminuere in alium ordinem redigere videretur. Excessit tandem è vita, filio soc relicto qui iniquitate fortunæ depressa in angulos oppidi nominis et generis celebritatem virtute in lucem proferret. Hic est is Ioannes Dzieczmiarowski qui non in illo ocio ciuili delitescendo putauit, non in hoc quæstu rei parandæ studium, et

operam ponendum sed altius erectus voluit. Itaq; à pri-
ma ætate artibus liberalibus deditus, domum famulatui honesto apud
equestris ordinis viros operam dabat. Quod dum cum laude et vir-
tute præclara peragebat, virg; et illius est natura multos in sui
amorem pertraxit, factum est vt accepto suffragio eius vir-
tutis, à generoso Joanne Potocki de Potok Notario Campestri
Regni Notmagistro nio, ac ad Comitia præsentia e terra
Haliciñ nuncio, cum quo, anno proxime præterito ad sorti-
licium Barorum cortia mitolens Sostiles aderat testimonio
communi consensu ordinis equestris interuntiñ in Discie co-
mitijs à nobis obnixe pro generosum Stanislaum Bykowski
Castellanum Conaviñ, et Capitaneum nostrum Siradiñ roga-
rent, vt cum nobilium Regni nostri prærogatiuis, et insignibus
auctoritate nra condecorare dignaremur. Nos cum et eius
ordinis commendationem aspernari nollemus, et porro ita
sentiremus maiorem nos virtutis quam fortunæ, cuius inuidia
et aduersitate is in offidonatus esset, rationem habere debe-
re, faciñ nobis esse duximus, vt cum qui et honestate morum,
et instituto vitæ factis omnia nobilis viri munia constanter
exequatur, in ordinem equestrem vnde pater noster excessit
erat reponeremus, et decoraremus. Quemadmodum quide
omnia ea labe, quam exitiali contubio, vel eo illius natu,
aut parentis victus quærendi ratione ipse adspersisse po-
tuisset, aut honestate nra succedente, ac Senatorum nostrorum
in præsenti generali conventu Regni Varsaviñ congre-
gatorum assensu præsenti Priuilegio detersa reponimus,
decoramusq; eum nobilem verum creamus, et reddimus,
præsenq; cum ipsius vtriusq; sexus posteris. Cuius nobilitatis
insigne, damus illi stemma seu imagines, Pasciam albam
alias Kalosimi modum arcus colligatam in campo rubeo con-

cum galea clatrata equestri coronata, ex qua demum cornua cerui effigie Sominis expansis manibus in medio stantis ea tenentis prominent, cum etiam antecessores eius eodem insigni vti sunt. cius autem scemmatis forma et figura ijsdem coloribus talis est, quemadmodum sic depicta cernitur. Quo insigni et ad obsignandos suos libros, et edificia, ac monumenta ornanda vt reliqua Regni nostri nobilitas plenam habebit vtendi prædictos Joannes Sieciniawski, cum suis veriusq sexus posteris potestatem, sine impedimento, aut vituperio cuiuscunq. Damus illis præterea omnes illas immunitates, libertates, et prærogatiuas, quibus dotati, et ornati sunt nobiles Regni nri, adq eum ad omnes dignitates, et honores, ad quas solis in Regno nostro nobilibus aditus patet admittimus, non secus quam eosqui longa maiorum propagine editi sunt. Quapropter vniuersis, et singulis cuiuscunq status et conditionis fidelibus nostris, nominatim vero equestris ordinis tam Magistratus, publicasq officia obeuntibus, quam priuatis præsentibus licris nostris denunciamus, atq nra, et Sacri comitiorum autate mandamq. vt supradictum Joannem Sieciniawski quem hoc priuilegio ex assensu omnium in Sacri Comitijs Senatorum nostrorum ob ipsius egregiam virtutem in ordinem nobilitatis inserimus, ac denuo etiam nobilem de plenitudine potestatis nræ cum illius posteris creamus, et edicimus, cum posteris ipsius vtriusq sexus se pro veris nobilibus habeant atq in eo virtutis se esse fautores comprobent. Id quod nos optimum quemq pro suo officio, et gratia nostra factores esse plane confidimus. Si quis vero temere obrectare illi, et de fama nobilitate, in signiue dato, palam vel occulte latrare contra hoc priuilegium nostrum voluerit, ei nos quingentos aureos vngaricales pœnæ nomine, mulctam irrogaturos. Cuius partem dimidiam fisco nostro reliquã vero ipsi soli cui detractum, et obtrectatum fuerit inremisi-

liter per eas dem adiudicauimus. In quorum omnium fidem et Dati
per manus Illus et Magci Ioannis de Zamosie supremi Regni
Cancellarij, et gralis Exercituum, Belsen, Maxeburgen, Dorpa-
tensis, Kiiouien, Medirecensis capitanei, Versauie ni Comi;
tis Regni generalibus. die xvii. Aprilis. Anno domini. Mo.
o. Lxxxx. Regni vero nri Tertio. Presentibus vt supra
Sigismundus Rex.

Ducum Slucensium de loco in Senatu amisso Protestatio

Zigmunt Trzeci z laski Bozei Krol Polski ie Szwedzkiego;
Wszem wobec y kazdemu z osobna o Maiomnieniu. Iz przed obli-
czna: sciana ta Sala bytnosci paron Rad Duchownych y Swiec-
kich, pod ta Sala Sciana y Sercami Jego Mciow Panow Senato-
row przyiacielskie i powinowatych Xiazat Slowskich Simie-
nem Jego obwiadali iako Sawsze na Seimiech przeszłych
Xiazet za porzuceniem Seimu y wtym obwia-
dali, tak y teraz na Seimie obwiadaia Sebie wedle spisku
Unii mieiscie ich starodawne w Radzie Koronney w
Salie bylo Jacowego Domu z strony ze w Wielkim Xie-
stwie Litewskim przed Unią ieden z domu Xiazat
Slowskich miejsce mial w Radzie po Xiedzu Biskupie
Wileńskim bioracz sie i oklada[c] tho ze Xiaz. z przodem
Unii, i mieni koronney. Ale ze do tego przez wielka
zabawe potrzeb Rzpltey przyszło nienagło prowadzi nas
aby ich na przyszłym Seimie tho strona moia skuteh
nowiela. i wtym nie protestowali przez Regestr Jakoby
sie niewczym przodkom Unii nie derogowało, i ktora tho bro:
bestetia rozna Sale Imij do Ket Cancellarzy na Stoy

Exijac3. Dan w Warszawie na Seimie Walnym Koronnym dnia xvi miesiąca Kwietnia Roku Bożego M°.D°. Lxxxix° panowania nasz[e]go roku trzeciego. Sigismundus Rex

Angeli de Carbothi nobilitatio

Ex.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus tertius Dei grā Rex Poloniae rō. Significamus rē et notum facimus, quod cum ea ratio, ut se ipsa contenta, per se latissime resplendeat, nec insignibus vllis aut applausu aliquo cupiat clarescere ut quae nullius laudis sit indiga, sed operibus propriis in conspectu omnium suisq[ue] subsidijs enixa, nec fortuna, nec fati sortiumq[ue] minus ipsis loco moueri subuentiq[ue] possit, sed ut ipsam vel inuitam sequitur vbique gloria, et sua sponte ambit Sonor, sic illa omnes comitantes, ad summa Sororis fastigia eueh[a]t, eorumq[ue] memoriam aeternitati commendat, adeo ut qui illa sunt praediti sis admiricula omnia, ad felicitatem necessaria praesto esse merito putemus, ita ut nullum aliud premium a quoquam aucupari cogantur, quo incitati in virtutis stadio currere pergant, velut ut maxime despitiantur, et indignius tractentur, ab incepta cum virtute viuendi via desistant cum in bene constitutis Rebuspublicis, et apud quosuis summos principes semper vsu receptum, et obseruatum fuisset, ut si in aliquibus virtutis specimen suo splendore magis emineret, non modo non alia ferant premia sed et praeclari, et praestantissimi essent, ac haberentur, et cum ad maiores honores atq[ue] dignitates hac re aditus illis fieret, honorificisq[ue] de se principum testimonijs, cum apud eos quibus noti sunt, tum et apud ferae posteritatem exornarentur. Iq[ue] non tantum iustitiae, quae suum cuiq[ue] tribuit maxime conueniat omnibus bene de rebuspublicis, et humana societate meritis, tanquam mercedem meritorum conuenientem honorem tribuere, et haec quasi dignam gratiam ijs de ea referre, verum et ad incolumitatem perpetuitatemq[ue] Rerumpublicarum plurimum valere prudentissimi homines plurimum iudicarunt, vt minis, et poenarum acerbitate, et maleficijs improbi arcerentur, sic bonos premijs propositis

et quasi calcaribus admotis, ad virtutis amplexan studium mui-
tari, et accendi ita vel panarum formidine deterritos, vel pre-
miorum spe incitatos (si quidem ista duo ad bonorum animos, in
veram q̃ partem impellen plurimum possunt) facilius mortales pul-
cerrimam illam virtutis speciem cum salute, et dignitate, et Re-
ipublicæ, esse sequuturos, id q̃ beneficij non ab vno in nonnullos
sed a pluribus principibus prout cuius q̃ virtutem pluribus documen-
tis cognitam, et perspectam habuere conferri solere constat
Hinc sunt insignia orta, ac imagines manarunt, vt cuius vide-
ri et eximia virtutis testimonia princeps conspexisset, is prae-
fuis quibusdam imaginibus et insignibus acquisitis, illa pu-
blice deferendo, a promiscua, et inerti multitudine segrega-
tus, iam tum loco nobilis hoc esse virtute quam vnice coluit, cla-
rus esse inciperet, cuiusmodi exemplo cum veteri inciterentur,
vt ad virtutem acrius et maiori contentione enitantur certe
fuit inuentum ordinum discrimen, vt alij Equites, alij illius ordinis
haberentur. Quo instituto vt alias fere clarissimos quosq̃ populos
et principes, ita in Regio hoc nro maiores, et antecessores nros
Reges Poloniæ vel maxime vsos accepimus. Nos etiam maiorum
nostrorum exemplum praeclarum, et permanus Equites q̃ recte fa-
ci solitum, summa cum voluntate, et propensione nostra et quide.
necessario at merito sequuti sumus, cum alias tum vero in praesens
et perlubenter. Cum enim nobilis Angelus de Carboty gente Ita-
lus, senator, et Psalmocopola noster apud Sidunitinos, et nobili
clara, et antiqua in primis semper bene q̃ de Reipub: et Principi-
bus suis mereri solita familia natus, sed iniquitate temporum
cum frequentibus bellis Turcarum in quibus multi consangui-
nei, et affines illius pro patria pugnantes occubuerunt, et bona
illius quae amplissima possederat direpta, et occupata, per
Turcas essent omnibus rebus ornatus sese in Regnum Polo
niæ contulit, de cuius genere nobili, et de praedictis suffici-
entia testimonia coram praedecessoribus nostris, et nobis pro-
duxit: Lex. mus. Stephanus Rex actis Regijs inscribi mandauit,
qui praedictus nobilis Angelus de Carboty postquam in Regnu

Poloniæ venisset m̃ aula Seremissimorũ Regum prædecessorum nostro:
rum, m̃ primis vero Sęᵗᵉ ᵐᵉ D. Catharinæ. Sigismundi Augusti auunculi
nũ, ad vltimum vitæ eius terminum. nec non Henrici, atq; nuper
defuncti Stephani non modo pacis, verum belli tempore, omnibusq;
contra Moscum bellicis expeditionibus constanter non absq; meri:
to sumptu suo et periculo vitæ sequendo, et curam corporis, tam
ipsius Regis, quam totius suæ aulæ, pro debito officio suo gerendo
summa cum fide diligentia et dexteritate, ab adolescentia
sua, ad prouectam vsq; ætatem suam, annis triginta vno vergatus
esset, ob eaq; merita Sęᵗᵉ ᵐᵉ Regis defuncti Stephani singularem
erga se benevolentiam esset expertus, et bona quoddam m̃ Samo:
gitia, ex libertate ipsius vi certis documentis nobis demonstra:
tum fuit obtinuisset, neq; solum prædecessori nõ se commenda:
tum reddidisset, sed et omnibus tam magnificis, quam eque:
stris ordinis, m̃ serioris q̃ conditionis omnibus m̃ Regno nõ
charissimus fuisset nos quoq; ob ea merita præstita præde:
cessoribus nostris ac nobis ipsis m̃ continuis seruitijs per ipsũ
obeundis dignum illum iudicasse m̃ quem nõ quoq; benevolen:
tiæ aliquot argumentum extaret. Quare cum eo animo illũ
esse m̃ teligeremus. vt m̃ Regno Soc m̃ quo tot iam annos vixis:
set, et m̃ quo tot labores sustinuisset reliquum etiam vitæ pone:
re fortunarumq; suarum sedem m̃ eo figere constituerit, vt pro
curis Reipub: principibus, atq; adeo pro qua Reipub: ipsa per
tot annos maximas molestias ac labores summa cum laude
pertulisset: et de qua tam bene meritus fuisset, eiusdem pie:
nissimo iure rteretur, cumq; ad nram Sam voluntatem spon:
te illum susceptã nuntiorum Terrestrium diligens m̃ intercessio
accessisset, qui per Magcos Hieronymum Lostomski de Lesz:
nic de Castellanum Rakoẽ, eundem Valoẽ, et Stanislaum Dy:
browski Castellanum Conarien, Lancicien, et Siradien deputa:
tos suos, diligenter id nobis petierunt, eorumq; m̃ intercessioni
Senatus, et ordines Regni vnanimi consensu annuissent,

cuiet loco nobilitatem esse, et virtutem ipsius tam claram, tamq; probe nobis perspectam ipsum satis decorasse, et nobilitasse confiat tamen vt eius virtus præmijs honoris, et eo ipso cæteri ad similes virtutis sequendæ studium eo magis accendantur, et grã nrã Regiæ extaret documentum, ne latiore quam cæterim Regno nro nobiles conditione esset, ideo præfatum nobilem Angelum de Carbot. illius q legitimã vtriusq sexus posteritatem ac familiam singulari beneficio nro hoc etiam Regno Cuius nobilium honore affici: endum, eodemq iure quo alijm Regno nro nobiles sunt, nobilitandã esse duximus, nobilitamus q, ac veros nobiles creamus, esseq volumus præsentibus Sisec addentes ad veteros familiæ illo: rum imagines quascunq; immunitates, et prærogatiuas quas ordo equestris apud nos habet. ac quod ad stigma eius attinet gen: tilicia antiqua sunt eiusmodi. campus cæruleus per medium obli: quã linijs intercapedinem, non latam rubeam in qua per æqualia interstitia tria lilia alba continentur, in superiore parte campi in extremitatibus intercapedinis duæ clauæ ad Solanij aurei coloris sursum elevatæ in inferiori vero campo in medio intercapedinis clava deorsum inclinata coloris quoq; aurei. Quæ quidem antiqua insignia vt in medietate scuti continentur volumus altera vero pars campi sit rubei coloris in qua maxilla lupina tribus dentibus armata insigne Polonicum ferat, quod illi vltro Illustrissimus et Reverendissimus dñus Andreas Patrizi de Corlio S. Romanæ Eccle Cardinalis, et Ebatus Varmien perpetuus ad: ministrator ac dedit suæq familiæ insignia receptum par: tem esse voluit, at imagines quidem illius, et totius familiæ et posteritatis sexus vtriusq demceps tales esse volumus in quibus vtendis eam libertatem habebunt, quam in suis antiquis vtendis cæteros habuerunt, quamq; Regni nri nobiles in suis habent, ad obsignandas literas edificia, et monumenta exornan, Immunitates etiam et prærogatiuas quibus dotati, et ornati sunt nobiles Regni nri equestris ordinis vel à Principibus maiori: bus nris vel à nobis meritis suis adeptisunt item q leges, iura, dignitates, aliaq; ea omnia memorato nobili An:

B

gelo de Carbotti cuius legitima virius sexus posteritati et toti famiglie illius, cum nobilitate Regni nri communia, et paria esse volumus. ita vt iam deinceps promdigenis, et quod ad leges et libertatem attinet pro nobilibus Solomis censeantur, bona terrestria vbicung loco rum possidere, honores tam Ecclesiasticos, quam seculares, quos: cung capere possint, nullag omnino iure deteriori conditione sint, quam quicũq qui in Regno nro nobilis optimo est iure sit.

- Quod quidem ad omnium et quorumcung notitiam deducere, existimantes vniuersis et singulis Regni nri ditionum nostra: rum omnibus, praecipue vero ex nobili sanguine natis publicag administrationis praefectura et dignitatis honoribus, et quocung munere fungentibus denuntiamus, et notum testa: tumq esse volumus, atq mandamus pro autoritate nra vt oibus nobilibus de Carbotti, tam iusta de causa nobilitatis, non solum nemo sit, qui in hac parte iniquum se, et parum fauen: tem praebeat sed etiam nro exemplo virtute, et ijs qui tam excellentis, tamq locupletis testimonij honoris merito deco: rantur plurimum se fauere demonstret id quod nos optime quemq pro officio suo, et fauoris causa benevolentia nra stu: dio secus non factum confidimus. Quod si nihilominus aliquis existat cuiuscung etiam status conditionis aut di: gnitatis is fuerit qui in contumeliam praefatorum nobilium Car: botorum aut posterorum sexus vtriusq eorum aut horitatisq nrae Regiae imaginationem nobilitatis eorum obrectare illis detrahere dicto denig factoue vel nobilitatem eorum vel existimationem impugnare praesumeret, cum conuictis po: nis quae in diffamantes nobilem verum Regni legibus Statu: tae sunt nobis, inditisq, ad quod a parte laesa citatus fuerit ipsius partis laesae subiacere volumus quam primum, totiesq praesenti hoc priuilegio nro quod ad omnem probationem nobilitatis sufficere volumus nobilitatem suam aut tenorem priuilegij si eius forte copiam non habuerint a ijs idoneis mo: rimentis in iure probauerint docuerintq, eorum omnium vt

tanta rit quanta esse debet autoritas. Iras Sasce nostros ipri subscripsimus, et sigillo nro corroborari iussimus. Data per manus Illis et Magci Ioannis de Zamoscie. Regni nri supremi Cancly et Exercituum gnalis Pelsen Lnisinen, Mariaburgen, Derpa: tensis, Medirecen gq; rê Capitanei. Varsauie in Conuentu Regni gnali die quindecima mên Aprilis. Anno dni M°.D°. xC°. Regni vero nri anno Tertio. Presentibus ve supra Sigismundus Rex.

Ioannes Kremer Ordini Equestri aggregatus.

Ex. In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus tertius Dei grâ Rex Poloniæ rê Sigismundus Quod exponi nobis Comitia Regni celebrantibus, in publico Senatus conventu per Magcum Nicolaum Zebrzydowski. de Zebrzydowice de Lalatinum Lublinen, Generalem Cracovien Lanczkoronen Boleslavien nostrum Capitaneum: aci dispum per alios Regni Senatores confirmatu nobilem olim Bartolomeum Kremer iuris vtriusq; Doctorem per annos complures fidelem operam navasse Illustri Tarnovioru familiæ degco, semper meritum fuisse eundemq; reliquisse filium Ioannem Kremer Sacredem sortis mi Koczanow. Quiquidem Ioannes filius eius non mediocria magnæ virtutis de se præbet indicia, iamq; etiam quoties occasio tulit sive turbulentis Reipub: proximis temporibus eius rei edidit argumentu. Id circo supplicatum est nobis, a supradictis Senatoribus nris vt Sum ipsum Ioannem Kremer in numerum et ordinem nobilitatis regni Polæ recipere, aggregare, adscribere q; atq; nobilitare dignaremur. Quod quidem, cum iuste, et legitime, a nobis peti videremus: atq; adeo visa etiam antiquiore patris eius nobilitatione a D. olim Ferdinando Romanorum Imperatore, et Hungariæ Rege eundemq; iam antea in Regno

Hungaria pro nobili receptum fuisse: consentientibus Sena-
toribus Regni nri Sisc Comitijs laterinis assidentibus;
Sene ipsum Joannem Kremer, vulgo etiam dictum Kocian
eiusq descendentes omnes utriusq sexus legitimos in numerum ac
ordinem nobilitatis regni adscribimus recipimus, aggregamus,
atq incorporamus, veroq Regno nro Poloniae nobiles esse om-
nibusq Iuribus libertatibus, privilegijs, quibus reliqua regni
nri nobilitas gaudet, utiq gaudere debere decernimus.
Quo autem publice etiam nobilitatem profiteri et eius se nra
beneficentiae monumentum praeferre possint, more, et con-
suetudine maiorum, insignia etiam nobilitatis certa, eidem
posteritatiq eius universae tribuenda, seu eadem potius, quae
iam arter habet, nos quoq confirmanda existimauimus: quem-
admodum eidem tribuimus confirmamusq praesentibus Sisc.
Scutum ex cerulei coloris in cteris in molles colliculi fului
depicti, supra medium eorum vitis cum botru uno, et folio inter
duas rosas purpurei coloris in altum quasi exercuisse uidetur.
Scuto imponitur galea militaris clatra aperta, corona
Regia ornata, ex qua denuo prior vitis cum uno botru inter
duo cornua siue bucen fuluo cerulco albo coloribus distin-
cta collocata prominet, equinis siue tenuis Smit albi, et rubei
illinc vero fului, et cerulei coloribus variegatis, ad utrumq seu-
ti latus leuiter in flexis defluentibus, quemadmodum pictoris
manu expressius depicta in Sis ipsis literis visuntur. Quibus-
quidem insignibus, ut, cum memoratus Joannes Kremer dicto
Kocian, tum omnes utriusq sexus legitimi posteri eius in omnibus,
et singulis tam sevijs quam ludicris, bellicijs occasionibus ac ne-
gocijs, praelijs duellis torneamentis, vexillis tentorijs, scutis,
sepulturis omnibus denique temporibus, locis, et actionibus pro
suo arbitrio, aliorumq nobilium more publice, priuatim uten-
tur volumus. Praeterea quemadmodum supra iam a nobis
tributum illis est alijs etiam iuribus privilegijs immunita-
tibus libertatibus quae ordini nobilium de iure, et consue-
dine Regno, ac ditionibus nris competunt, tanquam veri, ac
genuini nobiles de stirpe clarog sanguine ex utroq latere
descendentes, atq ex utroq parente procreati ipsi quoq gau-

leant, et frui eorum honores, ac dignitates, tam spirituales quam
seculares, beneficia ac officia omnia et singula bona, cum reliquis
Regni nostri nobilibus itte capere, ac bona terrestria possidere
possint decernimus. Quia autem omnia singula ac praemissa rata, fir-
ma q3 esse velimus, ad omnium Regni nostri, aliarumq3 ditionum
nostrarum magistratuum ac dignitatum, tam Ecclesiasticorum
quam Secularium omnium denq3 ac singulorum maxime autem no-
bilium notitiam deducendum duximus: quemadmodum et pra-
sentibus deducimus. mandantes vniuersis et singulis, vt prae-
fatum Joannem Kochan omnesq3 veriusq3 sexus legitime ab eo
descendentes, non modo pro veris ac genuinis nobilibus re-
cipiant habeantq3 verum benevolentia etiam ac favore suo
eos prosequantur, ad honores contendentibus faueant, omni-
noq3 alienae virtuti non inuidentes vnde sua profecta sit te-
stentur. Quod vt omnes virtutis amantes ac vere nobiles, cla-
am sine cohortatione nra facturos non dubitamus, ita, si quis
existat cuiuscunq3 status conditionis aut dignitatis is fue-
rit qui in contumeliam praefati nobilis Joannis Kochan postero-
rumq3 eius aut sobolisq3 nrae Regiae diminutionem nobilitati
eorum obtrectare aut illis aliquid detrahere, dicto denq3
vel facto, nobilitatem eorum vel existimationem impugnare
praesumeret, cum pariis statutis Regni contra obtrectatores
nobilitatis desertis nobiscum esse volumus. In quorum omnium
fidem &c. Data Varsauiae in Conuentu Regni grali die XVI
mensis Aprilis. Anno dni M°D°XL° Regni vero nri anno tertio
Praesentibus vt supra Sigismundus Rex.

Raphael Streptowski Secreta-
rius M. R. m scribit 150 Florenos
G: Stanislao Ciesianowski

s. u. Sigismundus tertius dei grá Rex Poloniae &c. significamus &c. Quod
coram nobis, et fidis Cancellariae nrae personaliter constitutus Gene-
rosus Raphael Streptowski Secretarius noster, a iure foro, et iur is-
dictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo.
esse quoad actum recognitionemq3 suam praesentem, et illius ef-
fectum suae ingressionis nrae praesenti cum successoribus et he-
redibus suis omnibus pro perpetuo, et irrevocabili tamen mente, et corpore
existens, vltro libere palam, distincte, et expressis verbis reco-

gnouit, et sic præsentibus recognouit, se teneri, et debere generoso Stanislao Cieslanowski ducentos et quinquaginta florenos numeri et mtæ Polonicalis, quemlibet florenum trigmita grõs computan, debiti certi. Quodquidem debitum idem generosus Raphael Strzeptowski inscribi et obligat se, et suos successores, de et super omnibus bonis suis mobilibus, et immobilibus præsens sibi et possidet, quam quæ postmodum quauis iuris ratione et modo sibi cumque est, præfato Stanislao Cieslanowski, et illius successoribus dare, soluere, et circa festa Castri inferioris Leopolen, pro die et festo Nativitatis sancti Joannis Baptæ mi Anno præsenti, non in moneta polonica, sed in aureis Ungaricalibus, boni, veri, et iusti ponderis, in quemlibet aureum quinquaginta sex grõs polonicos æstiman reponere, et re ipsa, non vadio simili aliorum ducentorum, et quinquagin florenorum pecuniæ, in casu non solutionis debiti principalis pro tempore supradicto, per eundem Raphaelem Strzeptowski, et eius successores, prædicto Stanislao Cieslanowski, et illius successibus, ad soluendum irremissibiliter succumben, pro quoquidem vadio ad eum modum succubito, tũ et pro summa principalis debiti non exsoluta, sic se idem Raphael Strzeptowski, et eius successores ad instantiã Stanislai Cieslanowski, et illius successorum citare permiserit, ad suditium suæ officium Castri Belzen, vel Leopolien. Ex tunc recedendi a suis propriis et competentibus foro terris palatinatibus, et iurisditionibus, quibuscunque, et sese cum bonis, et succubis suis omnibus quo respondendum, et comparendum suæ iurisditioni, ad quam citatus fuerit et fuerint, in primo citationis termino tanquã peremptorio stare parere respondere, ac pro vadio prædicto in præsenti inscriptione contento superius expresso ab eodem iuditio, seu officio sub pena quatuordecim Marcarum pecuniæ non recedendi, paratam pecuniæ summam cum vadio soluere, et pro eisdem satisfacere tenebitur, ac teneantur, ipsum primum terminum, et alios subsequentes causa terminos solutionemq; præmissorum omnium nullis modis exquisitis, et exquirendi, excogitat, et excogitandis coloribus cautelis et cautionibus vera vel simplici infirmitatibus, nec actione promaioui legatione intra, et extra Regnum nostrum causa Militiæ, et Reipub: seruitio militari, nec non sua:

tutis, et constitutionibus nouis, et quibuscunq; laudatis et laudan
male absen, lucro et toto processu nullam defensam sibi ex premissis
assumendo, nec sibi quicquam in genere legalium impedimentorum
in auxilium causarius, et suorum successorum recipien, vt pote
bello, peste, fame, vacantijs, interregno, absen, à Regno, incur-
su Solarium in fines Regni vel intra regnum ignis conflagatio-
ne, aquarum diluuio, conuentibus generali et particulari, et
id genus alijs vijs quibuscunq; solutionem debiti, et vadij totius
subterfugere voluerit, et ipsius successores voluerint, prasen-
tibus sese abrenuncian, ignoran lucri, et totius exinde se-
quuti processus sese non differen, neq; ad cuationem iura-
toriam ratione premissorum trahen, vltionem ministerialis nō
deridean, nullam et inordinatam citationem, et citationis objcien,
nec satisfactionem premissorum sibi, et alijs coloribus diffe-
rendo, appellationes, cum motionibus a suorib seu officio illo nul-
les facien ad quietationem alibi, praterquā ad acta Castri
Pelzen, aut Leopolien sibi recipien, neq; ipsum prenominatū
Raphaelem Strzeptowski, aut ipsius posteros pro premissis
omnibus prescriptione Terrestri per annum mercati, et alijs
pro his statutis et tabē sub amissione sua, et morum suorum
totius causa totiens quotiens opus et necesse fuerit nulla
prescriptione fatalibusq; aut temporis diuturnitate im pre-
missis obstante, Quam generosi Raphaelis Strzeptowski reco-
gnitionem modo premisso factam, nos ratam habem habēn, suscipi
et actis Cancellarie nre inscribi mandauimus, robur, et
pondus suum iustum, ac debitum illam obtinere debere sta-
tuentes. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauie die VII^mo men-
sis Aprilis Anno dñi M^o D^o XL^o Regni nri anno Tertio.

Ad Mandatum Illustris et Magci Ioannis
Zamoiski de Zamoscie R.P. Supe-
mi Cancellarij, et Exercituū gnalis
Pelzen Mariāburgen, Derpaten,
Knisinen, Mederecengis Capitei

Joannes de Zaden Koniecczki

in Nobilem Regni creatus

nromine domini amen. Ad perpetuam rei memoriã. Nos Sigismun-
dus tertius Dei grã Rex Polonie rẽ. Significamus rẽ. Ita semper
nos existimasse cum multa preclare ẽ florentissimis quibusq;
Rebuspub: constituta sint, tum non minus id quod ẽ genera Sonũ
certa, atq; ordines pleraq; Respub: distincta sint, et cum discrimen
eius rei omne ex virtute pendere debeat, vt qui virtute prestitis-
set idem ex inferiore ad altiorem quoq; gradum atq; ordinem eue-
niret. Ficilmi Sat maxime ratione existimamus, vt non modo
virtute sua premia tribuantur, verum cum virtute ad maxime al-
tum dignitatis gradum pervenire, quis se posse mite Iligat ipsorũ
ordinem mite se certamine atq; emulationẽ virtutis etiam studi-
um magis et vigeat, et excitetur. Quoquidem instituto atq; rati-
one nos permoti. ad publicationem quorundam Senatorum Regni
nostri, nobilem etiam Joannem de Laden vernacula lingua Ko-
nieczki vocatum, quamuis familia iamante ab Imperatoribus Ro-
manis nobilitata, cuius rei instrumenta ac litere ipse nobis ex-
hibite sunt natum propter singularem tamen commemorati Joannis
de Laden seu Konieczki virtutem fidem, et integritatem qua ibi
egregium passim apud exteros quoq; et nos etiam nomen parauit.
maxime vero tum post mortem B. memoria Stephani Regis an-
tecessoris nri. Archiducc Maximiliano emulo nro armis Regnũ
occupare conante, dum Illis, et Magnus Joannes de Zamoscie,
Regni nri Cancellarius, et Exercituum prefectus grãlis Belzen,
Marienburgen, Knihinen. Podolieq; rẽ Capitaneus nr auspicijs atq;
imperio nro, ab obsidione Ciuitatem nram Crac: vindicaret strenue
mter cateros sese gerendo eandem fidem nobis quoq; prestan-
dam existimarit, in numerum et ordinem nobilitatis Regni Polõ
recipiendũ, aggreganda atq; adsciscen esse non dubitamus. Vt qui-
dem de consensu vnanimi Senatorũ Regni nri in Sexe comitijs gene-
ralibus Later nro assidentibus Sunc ipsũ Joannẽ de Laden vulgo cui
dictum Konieczki, eiusq; descendentes omnes vtriusq; sexq; legitimos
in numerũ et ordinem nobilitatis Regni adscribimus, recipimus, aggre-
gamus, atq; incorporamus verumq; Regno nro Polonie nobiles esse, om-
nibusq; iuribus, libertatibus priuilegijs quibus reliqui Regni nri nobi-
litas gaudet vtiq; gaudere decernimus. Quo autem publice ista
nobilitate profiteri, et eius nr̃e beneficentie monumentum pos-
sent posthac more, et consuetudine maiorũ insignia etiam nobili-
tatis certa eidem posteritatiq; eius vniuersæ tribuenda, seu

eadem potius quæ jam ante Sabel nos quoq confirmanda existimamq
quemadmodum quidem tribuimus confirmamusq; præsentibus scisco; vide:
licet Clipeum duplici colore distinctum cuius pars superior rubri, inferi:
or vero albi, sive argentei coloris existit stans in ambabus partibus
quidam Leo cum bipartita cauda in altum elevata, aperto ore, et lingua
extensa, cuius anterior media pars Leonis autei, et posterior sui
naturalis coloris est, supra vertem vero galeam p Saleris rubri, et albi
sive argentei coloris redimita cuius cristam faciæ rubra et albo
sive argenteo coloribus distincta, a qua exoritur anterior pars Leonis
cum cauda ea forma et Sabitu vti in clipeo figurata, quemadmodu
Sacrimedio præsentis artificii pictoris manus visuntur depicta.
Memoratus Joannes Koniecski, et omnes utriusq sexus legitimi po:
steri ipsius in omnibus et singulis Sonetis tam serijs, aut belicis, qua
ludicrijs occasionibus, ac negotijs prælijs duellis torneamentis
vexillis, tentorijs, seutis tabulis pictorijs domorum ædificiorumq
ornamentis, arcubus monumentis, omnibus denique temporibus, locis
et actionibus, ipse et posteritas eius vtantur. Quæ omnia, et sin:
gula suprafata rata firmaq esse volentes, ad omnium Regni nostri
aliarumq ditionum nostrarum magistratuu, ac dignitatum, tam
Ecclesiasticorum, quæ secularium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Palati:
norum, Castellanorum, Tenutariorum, Advocatorum omniumq denique ac
singulorum, maxime autem nobilium notitiæ deducendos duxi:
mus, quemadmodum et præsentibus deducimus. mandantes
vniuersis et singulis vt prafatum nobilem Joannem Koniecski, om:
nesq legitime ab eo descendentes non modo pro veris ac genuinis
regni nri nobilibus recipiant, habeant, nobilitateq eorum nullo vel
dicto, vel facto lædant, violentue verum benevolentia etiam ac
favore prio eos prosequantur, ad honores contendentibus faveant;
omninoq alienæ virtuti non invidentes vnde ne a nobilitas pro:
fecta sit, tollantur. Quod vt omnes virtutis amantes, ac veræ no:
bilis, etiam mie cohortatione nra facturos non dubitamus; ita
si quis forte existat, cuiuscunq status, conditionis aut dignitatis
is fuerit, qui in contumeliam prafati nobilis Koniecskei posteri:
tumue ipsius ac auctoritatis nræ Regiæ imminutionem nobili:
tati eorum obtrectare, illis detrahere, dicto demq factove
vel nobilitatem eorum, vel existimationem impugnare præsumeret.
Eum constitutis pœnis quæ infamantes nobilem Regni statut
sunt, nobis vindicisq ad quod a parte læsa citati fuerint, ipsisq
partibus læsis exolvendas subiicere volumus, quam primum quo:
cunq præsenti hoc privilegio nro, quod ad omnem probationem

nobilitatis sufficere velimus, nobilitatem non dant tenores eorum privilegij siccius forte copiam non habuerint aliis idoneis monumentis minime probaverint docuerintq. Inquorum omnium fidem &c. Datum Varsaviæ in conventu regni generali die XVIII.mo mensis Aprilis Anno dñi M.° D.° XC.° Regnorum nr.orum tertio. Præsentibus vt supra

Sigismundus Rex.

Generosus Stanislaus Kuczkowski in administratione Theloneorum Regni Conseruatur

Sigismundus tertius dei gra Rex Polonie &c. Significamus &c. v.p.
Quia nos perspectam, et exploratam habentes fidem, et integritatem generosi Stanislai Kuczkowski quam in presentibus theloneorum nostrorum, maioris, et minoris Polonie administratione nobis abunde demonstravit, et vicissim theloneis Regnorum nrorum videlicet, maioris et minoris Polonie, ad annos tres sese immediate, et continue sequentes locavimus, quemadmodum sicut presentibus locamus quinquaginta millibus florenorum Polonie, quolibet anno nobis modo infrascripto numerandorum: incipien ab ea die, qua finietur arenda illorum quondam Joannis Dulski, Castellani Culmensis, Regnorum Thesaurarij Branscen, Swalen, Swiecen, Logozneng nostrie Capitaneij videlicet a die prima mensis Januarij in anno futuro millesimo quingentesimo nonagesimo primo, vsq ad aliam similem mensis Januarij diem in Anno dñi millesimo quingentesimo nonagesimo quarto. Si vero Sorores Magti quondam Thesaurarij Regni, prædictis theloneis citius cedere voluerint, incipiendo ab ea die, qua cesserint vsq ad similem diem anni nonagesimi quarti modo superius nominato plenam illi facultatem et potestatem tribuentes prædicta Theloneа Regnorum nrorum cum omnibus, et singulis eorum, et custodijs ad illa pertinentibus administrandi, et demere, et consuetudine antiqua, et non aliter eadem exigendi, de solutione eorum quietan, transgressione vsq omnes, et singulas, si qua iuste et legitime obvenerint percipiendi, ita tamen vt persoluta Reipub. Latam singulis annis pro tempore connecto quarta parte, videlicet nonaginta Millium florenorum Polonie pro festo pentecosten anni futuri: necnon Sere.me principi dnæ annæ materterae nræ carissimæ debita provisione aliisq pensionibus omnibus iuxta præscriptum præteritarum arendarum rationibus suscipi solitis.

omnes excidium quod aduationem summæ recepitæ quinquagintæ unius Millium florenorum Polonic. deinde habitet et habus pen-
sionibus. Altera pro die ultima mensis Septembris, altera vero pro
ultima Decembr. cuiuslibet anni usq; ad expirationem ultimi anni
arendæ nobis sine omni negotio in thesaurum nostrum inferre, et
numerare teneatur, sub quo astrictus quod si non fecerit alterq; vel
Sere: Regiæ, vel nobis ad tempus constitutum solutionem debitam
præstiterit locatione, seu arenda e Seloneorũ commemoratorũ
prorsus excidet, et privabitur, alterig; cui visum nobis fuerit ea lo-
care, vel administrationi permittere poterimus. Onera præterea
impensas, expensas, donationes antiquas et diuturno usu consue-
tasq; approbatas viarum quaslibet reparationes, locorumq; imper-
torum reformationes memoratus Stanislaus Kurskowski, e Selo-
neorum eorundem præfectus in se recipiet, nec quicquam eorum no-
mine in rationibus arendæ nobis ponet, Exceptis tantummodo
vetera in rationibus suscepti solitis videlicet donationibus, et
concessionibus novis, et si quas post datam præsentium cuiquam
concedi bene nos contingat, tum et quietationibus vel literis, qui-
bus liberæ bonas aut alias merces sine solutione e Selonij extra
regnum pellere, et exportare permittemus, in summa, ea omnia
quæ præteritis e Seloniorum administratoribus suscipiebantur
nos suscipiemus, et defalcare tenebimur. Si vero durante arenda
aliqua libertas siue donationis pensionis bonorum, vel antecessorũ
nostrorum alicui concessa expirauerit, et ad nos redierit aut ratione
soluendi e Selonij libertate expirata aut pensione, per cessum, vel
decessum ad nos deuoluta fuerit id totum quantumcunq; erit, no-
bis, et e Seloniorũ ultra summã arendæ præfatæ reddere, et nu-
merare tenebitur. Hoc tamen præfecto e Seloniorum nostrorum
præfecto cauemus, si quod Deus auertat bello grauiori aut bello
eorum e Seloniorum progressus impediti aut liminuti essent, ita
vt ex his aliisq; similibus causis summã arendæ recepitæ colli-
gere non possit; nos pro iustitia et benignitate nra condignam
eius rationem habituros esse pollicemur prospecturosq; ne talia dam-
na in penuriam ipsius redundent. Vt autem præfatus generosus
Stanislaus Kurskowski e Selonia eadem nra commoditus adminis-
trare possit, permittimus eidem, vt mercium causa quæ ex nun-
dinis Lublinensibus, et Bournierensibus Gedanum in Prussia, et Pome-
raniam vehuntur eam per Poloniam maiorem, quam Masouiam
custodes, et Cameras constituere ab eisq; e Selonia visitata, et antea

B

servari solita ratione exigere valeat, salvis tamen et integris iuribus, et libertatibus nobilitatis Regni quas omnino illaesas esse volumus, salvis etiam et integris omnibus oneribus antiquis vel consuetudine, et nuper receptis maxime theloneo Cracovien, et Posnanien. Polliceamur autem pro nobis et Ser: successoribus nris, quod eandem generosum Theloniorum nostrorum praefectam vel si interea, cuius discesserit, successus ipsius si conditionibus supra expressis satisfecerint, in eadem arenda, et pacifica praedictorum theloniorum Regni administratione usq; ad expirationem ultimi anni arendae conservabimus. In cuius rei fidem &c. Datum Varsaviae die XV mensis Aprilis anno dni. M°.D°.xC°. Regni vero nri anno Tertio

Sigismundus Rex.

Mille Floreni per D: Matsiam Wegierski Reuerendo Dño patri D. Alberto Baranowski Episcopo Præmislien ad fidele depositum dati.

Sigismundus tertius dei grâ Rex Poloniæ &c Significamus &c. &c.
Quia constitutus personaliter coram nobis Actis Cancellariæ nrâ Reuds in Xpo pater D. Albertus Baranowski Epus Præmislien, et Regni nri Vicecancellarius, a iure, et iurisditione sua quavis competenti, ac bonorum suorum recedendo, et se presenti nrâ iurisditioni una cum succubis bonisq; suis omnibus quoad actum presentem incorporando, et subijciendo sponte existens, non compulsus, nec coactus sed sponte libere publice et per expressum recognouit, et fassus est, se ad fidele depositum recepisse, et leuasse a generoso Matsia Wegierski Burgrabio Cracien, et Zuppanio Bidgostien summa Mille florenorum, et mtâ polonicâ. Quam summa in scribit, et obligat se, et suos successores in omnibus et singulis bonis suis, obligatis, habitis, et habendis soluere, ac post amissionem sui per eundem Wegierski officiose, aut per amicum illius fatien in decursu decem septimanarum in manus eiusdem Burgrabij tradere, et nul-

merare id ꝑ sub vadio similis summæ aliquam mille florenorũ
quod vadium ꝓ se successus ac bona sua ꝓfatus Rex Pol
libere assumpsit. Pro quo vadio et summa principali citatus fuerit
Rex D. Episcopus vel ꝓ successus citati post treuiam nostram
extunc ꝓximè citationis termino, tanquam peremptorio debebit
ac illius successus tenebuntur stare, parere, respondere, et à pe-
titione non recedẽ, tam pro summa principalis debiti quam vadio
ꝓfato, ac decreto satisfacere, ad quietationem de ꝓmissis
nullibi se se offerẽ, sed examinato citationis termino authenti-
ce commonstrare. Renunciãs Sac ꝓ parte omnibus exceptio-
nibus, dilationibus motionibus, appellationibus pœnæ tritum,
seu tertium nactarum pecuniæ, ac alijs quibuscunq; iuris, et facti
remedijs, nec differẽ eundem primum terminum, et alios conse-
quentes causæ terminos vera, vel ficta ꝓ firmitatibus actione
ꝓ majori, statutis laudatis, et laudandis, cuiuscunq; legis motio-
ne bellita, conuentione generali, vel particulari, et prorsus mil
quo ꝓmissa evadat ꝑ auxilium sibi assumendo sub amissione
sua, et successorum suorũ totius causæ, nulla prorsus ratione recessu
de super obtẽ. Quam recognitionem ꝓfati Regni D. Episcopi
nos suscepimus, et ratam habentes ꝑ Acta Cancellariæ nostræ
referri, indeq; eam authenticè edi iussimus. In cuius rei fidem
et Data Varsauiæ die XXIIIi mẽsis Aprilis Anno dñi MCCCCxC.
Regni nri Tertio

Relatio Illustrissimi Magni Do-
mini de Famositate vtilitate.

Petrus et Stanislaus Non-
nari nobiles creantur

Ex. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriã. Nos
Sigismundus tertius Dei grã Rex Poloniæ &c. Significamus et ita
semper nos existimasse cum multa præclare in florentissimis qui-
busq; rebuspub: constituta sint tum non minus id quod in generis nomi-
num certa atq; ordines plerisq; rebuspub: distincta sint, vt cum discri-
men eius rei omne ex virtute pendere debeat qui virtute præ-
stitisset, eadem ex inferiore ad altiorem quoq; gradum atq; or-
dinem euehereetur fieri enim sæ maxime ratione existimamus
vt non modo virtuti sua præmia tribuantur, verũ cum virtute
eo maxime alterum dignitatis gradum perueniri quis se posse
intelligat ipsorum ordinum inter se certamine ad æmulatio-

ne virtutis etiam studiũ magis et magis excitetur. Locquidem
instituto, atq; ratione nos permoti, nobilem etiam Petrum Konnatum
fratremq; eius germanũ Stanislaum quoniã familia iam ante ab
Imperatoribus Romanis nobilitata, eorũ rei instrumenta ac literas
ipsas nobis exhibuerunt natos, propter egregia tamen, commemorati
maxime Petri Konnati in D. praedecessorem nrum Stephanum Re-
gem Conspũ: regni nũ nostri ipsius merita quo virtute eorum ma-
gis remanerent, inter veros indigenas. Regni, et nũ nobiles
praesentium Comitiorum auctoritate, cum omni legitima posteritate
eorum asciscendos legendos adoptandosq; duximus, cum enim ma-
iores eorum e Regno Boemiã Cracoviã olim essent ipsiq; ijs de qui-
bus supra demonstratum est parentibus nati essent, atq; ad Dñi
decessoris nri STEPHANI REGIS ministerium se contulissent ita
operam suam ei navarunt ut Stanislaus quidem possessiones quas-
dam in Livonia Regij iuris ab eodem D. memoriæ decessore nro
virtutis suæ praemium consecutus fuerit, Petrus vero et nostri
ministerium cum D. decessoris nri continuarit, et in eiusdem D.
decessoris nri ita versatus fuerit, ut non modo illi perdarus fue-
rit sed virtus operaq; eius in omnium oculos incurrerit. Cum enim
ab initio Imperij D. STEPHANI regis in omnibus expeditionibus eius
bellicis primum in Livoniã, deinde Polociã, Lukeã, et
Pleskoviã, versatus esset, ita in omnibus se gessit, ut
non modo opera ipsius prae ceteris eius ordinis omnibus insignis
esset, verum cum Sorte, sese pugnando dum nullum periculum re-
cusat in plurisq; pugnis illa vulnera, quae pro patria suscipiuntur
adverso pectore excipere atq; sustinere non dubitarit. Nam
et in Polociã expeditione cum inter milites Vngaros in muni-
tionibus versaretur, et in Lukense item in munitionibus di-
versis telis Sortium unum cum, alterũ pectore vulnus excipit,
ad Pleskoviam vero cum tormentis aliquot, et tormentorum
magistris a generoso Joanne Bornemissa militum Vngarorũ
tum praefecto praepositus tormentum quoddam ipse dirigere
in stitutisset tormento fracto ac hoc ei cum concussione fere
examinato summũ periculum adijt. Legi sane quidem omnia
vivo D. memoriæ decessore nro Stephano Rege commemora-
to autem Joanne Bornemissa praesente qui in Sicie etiam
Comitijs praesens testimonium eius rei illi praebuit mire mili-
tari abillo praedita virtute, atq; fidei in communem
Reipubli: causa suscepta abillo fuerunt. Post mortẽ vero D.

memoriæ Stephani Regis cum eandem fidem nobis quoq; præstandam existimaret. Ferdinando Maximiliano a nostro nos armis Regnum occupare conante, cum Illis, et Magnus Joannes de Ivemoscie Regni nri Cancellarius, et Exercituum præfectus gratia Belzensi, Mariæburgen, Eminen Leodecen Capitaneus nostra auspitijs atq Imperio nro ab obsidione Cracovien, eundē Ferdinandum Maximilianum recepta Virbirum persecutus fuit: et ibidem hostili exercitu eius profligato, tum capiuntet idem Kon: narutes in eandem expeditionem et ipse profectus fuit, et mi: lites aliquot, sua impensa, ac sumptu secum duxit, in quo ipso prælio, non modo eandem quam alij Steveni milites nri operam nobis Reipub: præstitit, verum inter delectos præ: nos equites in prima acie ipse etiā pugnauit fratres ea vero, etate à D: memoriæ decessore nro Stephano Rege et postea à nobis ad eam armorū virtutis gratia familiam nostram ascitus ita eo ministerio se tractauit, vt et D: memoriæ, eidem decessori nro, cum ob ministerium ip, tum alia, quæ supra demonstrata sunt merita ipsius in primis pro: batus esset, et nobis eo eandem eam fam nō minus probatus, iam ante Helmetensem præfecturā in Livonia, et nūc in illū clementia testimonium, et Virtutis suæ meritū à nobis retulerit. Cum vero iniquissimū fratrem ea duraremus pro qua Reipub: tot labores sustinuissent, eiusdem non plane iure eos vti quo maius est clementia nūc mi eos monumentum extaret, virtutiq; eorū plenissimum etiam iam dudum debitum præmium redderetur, eosdem et si quemadmodum ostensum est parentes eorum iam ante à Cæsaribus et Romanis nobilitati fuerint, nihilo: minus in Suecis quoq; Regni nri nobilium ius atq; dignitate publice nunc cum ipsos supranominatos fratres, tum omnem legitimā posteritatē eorum referendos legendos, adoptandosq; censuimus. Itaq; cum in generali hoc Regni nri Conventu supra commemoratus Illus, et Magnus Regni nri supremus Cancellarius, et Exercituum præfectus in pleno Senatus Regni nri consensu ipse quoq; et debitum virtuti eius, et meri: tis testimonium præbuisset, et vt ob ea in Regni quoq; nri nobilium ius, atq; dignitatē commemoratos fratres adscri: beremus, legeremus, ascisceremusq; una cum vniuerso etiam Senatu à nobis petisset, non multis non modo nostræ

quemadmodum ante ostensum est nr̃os clementiæ, sed multo magis
ipsorum quoq; commemoratorum fratrum in nos Regnumq; nostrum
meritis tribuendum existimauimus, vt commemoratos fratres
Ronnartos in Regni Suiorum nobilium ordinemq; nr̃os publice et
adoptaremus, referremusq; Quemadmodum quidem præsen-
tibus fisci ex Senatus nostri consensu præsentes gratis
autoritate veros Legmⁱ nr̃i nobiles eosdem fratres Ronnar-
tos declaramus pronunciamus decernimus creamusq; cum
omnium nobilium vt aliorum ita Legmⁱ etiam nr̃i more, atq; in-
stituto propriis quibusdam gentilitiis familiæ suæ mon-
gnibus ipsi etiam vti gaudereq; deqeant, quæ iam ante par-
tim hæreditate a parentibus illorum transmissa ad eos
sunt partim Romanorum Imperatorũ clementia in familiam illo-
rum collata eadem nos quoq; illis confirmamus concedimus, in
perpetuumq; ab illis et posteritate omni eorum legitima ortenda,
possidendaq; conferimus, aream nimirũ rubram, in area ea argen-
tei coloris arcoram inuersam cuius nimirum dentes sursus
vergant, annulus subtus ab vtraq; ancora inuersæ partis, in-
gentes stellas senis radijs distinctas supra aream galeam
equestrem elatam apertam galeæ vero coronam fasciata
Fuscoq; duas alas aquilinas expansas, albam vnam, alteram ru-
bram coordine inter se consertas vt posterior alba paululũ
ab vtroq; latere emineat rubra in fronte tota pateat, eaq;
simili statu, et situ arcoram, et binas stellas quali in area
sunt explicet imminentes ita nimirum vt tam area, quam ga-
lea, vtrinq; partem rubri, at argentei coloris, tamq; serie fa-
sciæ, vtrinq; ambiant, et circumfluant; quemadmodum quidẽ
pi fisci ipsius in huius artifici pictoris studio atq; opera expres-
sius eadem oculis omnia subiecta sunt. Quo tamen maius
etiam nr̃æ erga se clementiæ monumentum ad posteri etiã
temporis memoriam ijdem fr̃es Ronnartij posteriq; eorum habe-
ant loco coronæ fasciatæ quam in familiæ illorum insignibus
galeam antea coronabat regiam nos illis adeum, quem sic de-
picta est modum gemmis distinctã tanquã regiæ, ergã illos
clementiæ monumentum substituimus, et tribuimus, con-
ferimusq;. Volumus autẽ, autoritateq; nra regia, Senatusq;
nr̃i decernimus, vt nõ modo in signibus familiæ eo-
rum in perpetuum à nobis partim confirmatis, partim con-
cessis, in omnibus et singulis honestis, tam ludicris quã bellicis

causis, ac negotijs, pralijs duellis torneamentis, signis, annulis
sepulcris omnibus longis temporibus locis et actibus prosuo ac-
cessu aliorumq; nobilium more publice priuatimq; vtantur, ea
ipsi gestare, heroldis et quibuscunq; suis ministris imponere, et liga-
re valeant, verum alijs istis iuribus priuilegijs immunitatibus
libertatibus, quæ ordini nobilium de iure vel consuetudine, in
Regno ac ditionibus nostris competunt ipsi quoq; tanquam veri
ac genuini Regni nri nobiles gaudeant fruantur eodemq; om-
nino iure, ac conditione sint qua alij nobiles sunt, qui in Regno
nostro sunt. Quæ cum omnia, et singula suprascripta rata firmaq;
esse velimus, ad omnium Regni nri aliarumq; ditionum nrarum
magistratuum, ac dignitariorum tam Ecclesiasticorum, quam se-
cularium, Archiepiscoporum Episcoporum, Palatinorum Castella-
norum, Capitaneorum terrestrium aduocatorum, omnium denique
ac singulorum, maxime autem nobilium notitiam deducenda
duximus, quemadmodum et præsentibus deducimus, man-
dantes vniuersis et singulis vt præfatos nobiles Romanos
omnesq; legitime ab eis descendentes, non modo pro veris
ac genuinis Regni nri nobilibus recipiant, habeant, nobilitate
eorum nullo vel dicto, vel facto lædant, violenter verum bene-
uolentia etiam ac fauore nro eos prosequantur, ad honores con-
tendentibus faueant, omnino q; aliena virtuti non inuidentes
vnde sua nobilitas profecta sit testentur. Quod vt omnes
virtutis amantes, ac vere nobiles, et sine cohortatione nra
facturos non dubitamus, ita si quis tamen existat cuiuscq;
status conditionis aut dignitatis is fuerit qui in contume-
liam præfatorum nobilium Romanorum posterorumq; eorum, ac
auctoritati nræ Regiæ imminutionem nobilitati eorum obtre-
ctare illis detrahere dicto, vel facto, ve. nobilitate
eorum, vel existimationem impugnare præsumeret, eum
consuetis pœnis quæ in diffamantes nobilem verum Regni
statuta sunt nobis iudicio ad quod à parte læsa citati
fuerint, ibiq; partibus læsis exoluendas subiacere volumus.
quambrimum quotiesq; præsenti Sue priuilegio nro quod
ad omnem probationem nobilitatis sufficere volumus, no-
bilitatem nec aut tenorem priuilegij si eius forte copiam no
habuerint aliis idoneis monumentis minime probauerint,
docuerintq; In quorum omnium fidem. &c. Datum Varsauiæ
in Conuentione Regni nri generali die XVI mensis

tibus. Anno dñi M°D°xC°. Regni nñ Tertio. Presenti-
bus vt supra. Sigismundus Rex.

Generosi Bartholomei Brubi indigenetus

In nomine dñi amen. Ad perpetuam rei memoriã. Nos Sigismundus tertius dei grã Rex Polonie ẽt. Siãm sicamq; ẽt. Cum multa Imperia et Respub: ad summã amplitudinem peruenerint nulla tamen re exteriss̃e eas nobis videri quam quod vt amplissima quaq; fuerit ita maxime, et ad bene de se merendũ quam plurimos omnibus rebus muniuit, et bene de se meritos, cum alijs rebus, tum maxime eius ipsius Ciuitatis de qua bene meriti fuerint communione remunerata vt plurimum fuerint assecuta cum sanctissimum ratione tum vt non modo et suos et exteros ad omnia pro Respub: sua audẽdã premiorum magnitudine cohortes allicerent, vtrum virtutem etiã eam qua alij feliciter pro uarũ vel salute, vel dignitate vti fuissent ipsi de propriam etiã suã facerent, atq; ad eas vires adiungerent, Hinc in amplissimis quibusq; Reipublicis, sape non singulos modo Homines verum populos, et Ciuitates vniuersas in eius imitatione aliquid preclare fecisse cognouimus atq; Sismistibus, cum Graecos, tum Romanos, tum alios nationes profectas ex parcis maximas Respub: suas fecisse, ac ne aliena exempla commemorando id quod per se clarissimum est pluribus ostendamus, idem maiores nros Sere: Poloniae Leges, cum omnia praeclara, quae vel ad virtutem ducere homines, et inuitare possent, vel aliquomodo ad incrementum Regni populorumq; suorum pertinere possent, imitanda sibi proposuissent hos vel maxime imitatos videmus. itaq; et ex plebe complures homines, bene de ipsis, aut Republ: meritos in nobilitatis ius, et gradum ascitos ab illis intelligimus et exteros ob simile in se et Rempub: studium in idem nobilitatis Regni sui ius non paucos ad optatos ab ijsq; claras aliquot familias multisq; etatibus optime de Respub: meritas profectas in hunc vsq; diem florere. Quocirca idem exemplo et instituto nos mutati, eo libentius idem beneficium in Generosum etiam BARTholomeum BRVbij nunc conferẽ, propterq; praeclara eius in nos aduersus Rempub:

Regni nri merita omnium ordinum Regni nri non modo volun-
tate verum autoritate etiam ac postulatione accersen in praeg-
tibus Sisce. Regni comitijs miteri nri legenas Regni nri nobiles
eo quo quisq optimo esset iure adoptat legendos existimauimq
Cum enim idem Bartholomeus Brutij de nobilissimo Epirij Re-
gio, nobilissimis parentibus natus, ad Magnificu Petrum Mold a-
uiæ Palatinum sese contulisset, tantumq ei ingenio, et consilio va-
leret, vt Palatinus is Suius potissimum consilio atq fide omni-
bus maximis in rebus niteretur, inde q vti principatu ditio-
nibus nostris finitimo maximá facultatem de nobis bene
merendi nactus fuisset, non maiorem eius
rei facultatem vnquam habuit, quam studio ac promptitudine
nobis regno Domino nostrisq omnia summa officia semper præ-
stitit, maxime autem duobus Sisci temporibus non modo operam
nam in omnibus his rebus quæ ad salutem Regni nri spectare
possent interponendo legatum nrum quem ad eundem Turcarum
Imperatorem ad pacem constituendam misseramus prosequen-
do comitando q multis, et maximis in rebus consilio dexteritate
studioq suo plurimum nos iuuit, verum eum etiam animum
semper ostenderit vt nullum omnino periculum, bona, dignitate
nostri dignitate recusandum vnquá sibi putarit. Obq in
regnum nrum merita, Suaq animum illius, cum omnes Re-
gni nri ordines dignum omnino eum iudicarent, qui qua potius
quam aliena Reipub: ciuis esset, idcoq vt in nobilitatis regni
Suius ius publicè adigm cum posteritatem omnem ipsius lege-
remus, per generosum Joannem ab Ostrorog regni nri Posnaniæ
rum, et tum maioris Poloniæ nobilitatis Nuntium diligenter
à nobis contendissent nos in præsen Regni nri Comitijs ex Se-
natus nri Nuntiorumq et cæteræ totius omnium autoritate commemo-
ratum Bartholomeum Brutij omnesq eius legitimos posterosq
ab ijs descendentes ueros Regni nri indigenas, nobiles vt ex veris
nobilibus procreatos ortosq creamus, declaramus pronuntiamq
decernimus, omnisq meliore modo ac forma iure tuerosq Regni
nri nobiles esse scimus, legimus, adoptamusq. cumq more, et
consuetudine vt aliorum ita Suius quoq regni nri vna quæq
familia nobilis certa sua insignia habeat, insignibus quidem vte-
tur ijs quibus hactenus idem Brutus, maiorestue ipsius vti sunt
aut quæ ab hoc tempore assumere sibi voluerit, Vt tamen etiam
Suius nri atq Orbium nostrorum de eo in dicij, ad posteritatis
que monumentum aliquot existat, ad priscina maiorum ipsius
insignia nos aquilam cui albam quocunq gestabit
in insignia ipsius suscipiendam præsentibus ipse adjecimus,
vigore hæc in cæteris in omnibus honestis actibus, rebus, et negoc-

tijs aliorum nobilium mõstituto moris fuit quoq; posterioq; eius vtantur, tu
vero, vt alijs iuribus etiam priuilegijs immunitatibus libertatibus quæ
cæteris nobilium de iure, vel consuetudine in Regno et ditionibus nris
competunt ipsi quoq; tanquam veri et genuini nobiles de stirpe nobili
claroq; sanguine ab auis, proauis, et maioribus per directam lineam
ex vtroq; latere descendentes, ex vtroq; parente in Regno hoc pre-
cæteris gaudeant fruantur, honores et dignitates tam spirituales,
quam seculares, beneficia, officia omnia et singula hactenus eis
quibus veris regnicolis nobilibus iuste capere possint, eodem omnino iu-
re ac conditione sint, qua alij nobiles sunt, qui in Regno nro sunt,
optima volumus decernimus, eisq; tribuimus. Quecunq; omnia singula
subhastafirma eatenus esse volumus, ac omnium regni nri, aliarumq;
Litterarum nrarum magistratuum ac dignitariorum tam Eccle-
asticorum quam secularium Archiepiscoporum. Episcoporum, Pa-
latinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Tenutariorum, aduocatorum,
omnium denique ac singulorum maxime autem nobilium notitiam de-
ducenda duximus, quemadmodum praesentibus deducimus, mandan-
tes prefatis, et singulis vt commemoratum Brutij, omnesq; legiti-
me ab eo natos, aut in posterum descendentes non modo pro veris
genuinis, et indigenis nobilibus Regni Scius recipiant, verum quod
virtutes et merita ipsius merentur benevolentia etiã, ac fauore
suo eos prosequantur. Quod si nihilominus aliquis cuiuscunq; etiam
status, conditionis, dignitatis is fuerit existat, qui commemorati
Brutij posterorumq; eius legitimorum ius hoc à nobis exhibita om-
nium Regni nri Ordinum auctoritate ijs tributum in dubium vocare de-
clo ackeq; factum aliquo in hugnare, violare aut praesumat, eum
consuetis poenis quas infamantes nobilem verum regni consti-
tutæ sunt, nobis ipsi diuinoq; ad quod a parte læsa citatus fuerint, ipsi
parti læsæ exoluendas subiacere volumus, quam primum quo-
liesq; prefatos hos priuilegio nro, quod ad omnem probationem
nobilitatis et indigenatus sufficere volumus. Jus hoc suum
aut tenorem priuilegij si eius forte copiam non habuerint ido-
neis monumentis in iure probauerint, docuerintq;: In quorum
omnium fidem et Datum Posoniæ in Conuentu regni generali die
quinta mensis Aprilis. Anno dñi M°.CCC°.XC°. Regni nri anno Sep-
timo. Præsentibus vt supra.

Sigismundus Rex.

Simon Simonida Leopoliensis
cum prærogatiuis infrascri-

ptis. Poëta Sacræ Magestatis Regia declaratus

v.p. Sigismundus Tertius Dei grâ Rex Polæ &c significare. Semper hoc Regum, atq; Principum illustre studium fuit, vt in famæ atq; nominis immortalitatem summa cura incumberent. Hoc præsidium hoc virtutem suarum quasi præmium existimarent, si non modo viuentes publicis tabulis celebrimi florere, verum post vitam exactam apud posteros etiam quam diutissime memoriam sui retinere possent, cum hi omnes beneficii rebus atq; gestis late pollentes esse soleant, tum artes eas quæ ætatem ferre solent, famæ atq; propagandæ inseruiunt, atq; ipsos artifices peculiari quâdam benignitate excitarent, foueant ornarent. Quo in genere quum palmarium probe ars Poëtica obtinuerit vt pote, ex cuius splendore non modo oblitioni eatn obuiam sed maximis quibusq; rebus multum ornamentorum, et dignitatis addi solent; iure optimo maximis eam quibusq; Imperatoribus deliciis, et admiratione fuisse, iure à nonnullis esse multa fortiter atq; diuine gesta fleri, et posteritatis bonis Poëtæ decidentium quæsitum. Itaq; ad felicitatem temporum nostrorum non possimus non referre in ditionibus nostris eminere eiusmodi ingenia quæ in Sac æternitatis officina seriam operam impendant, scriptorumq; elegantia æternum nostrum illustrent; vnde nomini nro, diuturnitatem et lucem paratam in facile speramq. Inter quos quum Simonem Stilodium Leopolien probe diuina quadam industria ita excellat, vt et spirituum magnificentia, et sententiarum magestate, et beatissima rerum atq; verborum copia longe princeps iudicetur, eamq; fidem monumentis ingenij. nitidissimis editis iam pridem fecerit posse, si in eo studio perseueret, si non præcipuis tamen exteris nil laudis insignioribus Poëtis admirationem adimere, cura, et voluptati nobis hoc eius studium esse testatum facere volumus. Præterea censuimus grâ nâe REGIE, emolumento aliquo rerum, atq; ornatum redderc. Cum primis igitur hunc tam præclarâ artis tam excellentem artificem ex vniuersis Poëtarum vulgo eximimus, et clientelam fauoris nri admittentes, eum ipsum vnicum Poëtam nrum creamus, et declaramus, nomeq; nro et prærogatiuam Poëtæ Regij damus concedimus, perpetuis temporibus vigeat, et quemadmodum ille æmulos pares æqualem in sua professione æminem sibi reliquerit, ita honore et cognominis dignitate supra alios omnes eluceat, eaq; ipsa appellatione ad nomen nostrum æternitati conseruandum adhæreat. Quam vero nitam ardua constituta sit Poëtarum facultas præstantia vt summos, et perfectissimos dentaxat vates ad laudem admittat

mediocres, ne nomen quidem satis tuerisinat, eas tanta praestantissimi quique Poëtae necesse sabugrint ob rei exactam difficultatem alia omnia relinquere à rebus gerendis se segregare loca sola et secessus quaerere omnem gnitam, atq; integras cogitationes in ea impendere et dignum aliquit professione sua elaborare atq; efficere possent. Nos quoq; Poëtas nri ordinis speciali benignitate munierandum, atq; ipsis immunitatibus circumtegendum duximus, qua eum sibi et musis vivere, ex animi sententia permittant, Primum in quamcunq; ditionum nostrarum, Civitatem civem se asciri voluerit, eius Civitatis omnibus libertatibus immunitatibus, privilegijs, iure, iuditijs frui, et gaudere eum volumus, atq; permittimus, functionibus autem atq; oneribus magistratuū officiorum iurisdictionū tutellarum legationum, militiae custodiarum, et reliquorum id genus, tam ad pacis, quam ad belli tempora pertinentium numerum quibus reliqui cives occupantur prorsus eximimus, negq; concedimus aliquit publicae functionis inuito illi vive per electionem vive per munctionem imponi, quem satis Civitati, et patriae suae opere is praestet, qui eam illustrem ingenio suo faciat. Neq; decet ingenijs musis impediri, qui sit regum ornamentis deputatus, plane neq; aequum sit, quietem eius aetati tribui per quem saeculo comparatur aeternitas. Deinde, ne non solum ipse quietus simus sit, sed domum etiam tranquillam, atq; semotam ab omni turba nicolat quamcunq; domum habitauerit, eas nos sacro silentio munitarum dicamus, atq; consecramus, omneq; hospitiorum praedonum onus tollimus, et adimimus, libertatem eam quoad ille vixerit habitationi eius aetatem atq; perennem esse declarantes. Omnibusq; ijs qui conductorum hospitiorum officium gerunt mandamus, ut ille cum eius praesumant, ad praebitionem hospitiorum Poëtae nri domum assignare, aut quietem eius quoquomodo perturbatam reddere. In quorum omnium et singulorum fidem &c. Data Varsaviae in Conventu regni generali die XXIII mensis Decembris Anno dni M°D°XC. Regni vero nostri anno Tertio. Sigismundus Rex.

Illustris et Magcus Joannes Zamoiski de Zamoscie. R: P: supremus Cancellarius, et exercituum Dux. gnalis, Belsen, Mariaburgen.

Derpaten, Knisinen Medzec cenig zc Capitaneus 4300 Flo: renos. Petro Komorowski debet.

vj. Sigismundus tertius Dei grā Rex Polonie zc Significamo zc. Quod compariens coram nobis, et Regis Cancellarie nre. Illustris et Magcus Joannes Zamoiski de Zamoscie Regni nri supremg Cancellarius, et Exercituum grālis, Belzen Mariaburgen, Derpaten, Knisinen, Medzibrodzenig zc Capitaneus. Recredch, alteris Palatinatibus discretionibus, et iurisditionibus quibuscuis suis propriis, et se quoad ipsum presentem, iurisdictioni nre submittendi corporan, et subijcien, mente corporeq sanus existens palam libere et expresse recognouit, se teneri, et debere certi, et liquidi debiti nobili Petro Komorowski, de Komorow, quatuor Millia, et Trecentos florenos, quemlibet per triginta gros computan, numeri, et mtā polonicalis, Quos ipsi, et eius successoribus, se et suos successores prefatus Illris, et Magcus Joannes de Zamoscie zc nibomis villas nras Hereditarias Rogonom Palatinatu Belzen sitt, assignat, inscribit, et obligat, dare, soluere, atq; certa dicta Castrū Grabowiecn, in crastino festi natiuitatis dne, in anno Millemo quingentesimo nonagemo primo, realiter, et in effectu persoluere. Quod nisi vadio similis summe aliorum quatuor millium et trecentorum florenorum, pecunie prefate, in casu non solutionis eiusdem summe principalis debiti, pro termo prefato, ad soluendum succumben, Citatoq; citatione legitima premissorum, ipse Illris, et Magcus Joannes de Zamoscie Regni nri supremo Cancellarius, et Exercituum grālis zc, aut eius successores citati, per prefatum nobilem Petrum Komorowski de Komorow, siue eius posteros, aduiditum, siue officium, tam Derpaten, quam Castren, Grabowiecn, quibus se cum bonis prefatis, ac successoribus suis presentibus incorporat, Tum in primo citationis termino tanquā peremptorio debebit, suiq; successores debebunt stare, parere, respondere, et tam pro summa ipsa principalis debiti quā vadio, q iudicio, siue officio ad quod horum citatus fuerit non discedere, satisfacere, et decretum pati, ad quietationem nullibi se recipiens. Renuntian Sacre pagine omnibus generaliter exceptionibus quibus niti, et se defen:

dere contra præmissa posset, aut vellet, sub amissione nre, et successorum causa, nulla præscriptione terrestri de super obstante. Quam quidem inscriptionem, modo præmisso factam nos suscepimus, et ratam habentes, illam in acta Cancellariæ nrã referri, inde q eam aut Sententiæ edi mandavimus. In cuius rei fidem præsentes sigillo Regni nri consignari iussimus. Datu Varsaviæ in Comitijs Regni generalibus die XIX mensis Martij Anno dñi M° D° XC. Regni vero nri anno Tertio

Ad Illus et Magcos Joannes Zamoiski de Zamosc. &c. ut supra.

Aduocatia in Oppido Thyszo-cze. N. Paulo Ciecisiewski ad extremum vitæ diem donatio

vj.

Sigismundus tertius dei grã Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Fecisse nos potestatem, et consensisse atq Poliam nunc ad interc̃essionem nonnullorum Consiliariorũ nostrorum facere et consentire nobili Paulo Ciecisiewski Aduocatiam in oppido nro Thyszowce in terra, et districtu Belzen consistẽ de manibus quorumcunq moderatorum eius possessorum, iuris et interesse ad eandem aduocatiã, seu summissiones in scriptas Saberen. quorum nomina sic pro expressis habere volumus, summissiones in ea iuste, et legitime ab antiquo inscriptis redimendi, seu alio quouis modo acquirendi redemptam q, vel alia ratione acquisitam, cum omnibus eius emolumentis, et vtilitatibus ad eam antiquitus pertinentibus possidendi. In cuius quidem aduocatiæ Thyszowce: cessis vsu, et possione eundem Paulum Cie Cisiewski ad interc̃essionem eorundem Consiliariorũ nostrorum conservand esse duximus, conservamusq præsentibus hrs nris promittentes verbo nro Regio pro nobis et Sc̃is successoribus nostris vicente memorato Paulo Ciecisiewski non esse cum nos, et successores nros possione, ac vsufructu dictæ aduocatiæ vllam ob causam necessitatem nec, aut nram, vel publicam privatos neq privandi potestatem cuiusq facturos verum conservaturos illum in ea possione dicta

aduocatia ad vitæ ipsius vltimum tempus. Iuribus nris Regalibus, et Reipub: ibidem manentibus salvis In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XXI. mensis Aprilis. Anno dni M°D xC: Regni vero nri anno Tertio Sigismundus Rex.

Eidem conceditur redimendi aduocatiam in villis Mikulino et Thysowcze seu Klatpyi dicet.

v.g. Sigismundus tertius Dei grà Rex Poloniæ &c. Significamus &c. Fecisse nos fatem, et consensisse, atq etiam nunc ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum facere, et consentire, nobili Paulo Ciechistowski, vt possit, et valeat, Aduocatiam villis nris Mikulino et Thysowcze ac terra, et dtũ Belzen consistẽ quæ nunc Klatpini nuncupantur de manibus quorumcunq; modernorũ possessorũ, aliorumq; ius, et interesse ad eandem Aduocatiam habentium, quorum nomina, et cognomina hic pro expressis habere volumus, summis pecuniarijs mi ea iuste et legitime ab antiquo mi scriptis retinere, seu per cessionem acquirere, redimendi, vel per cessionem acquisita, cum omnibus ejus vtilitatibus, ac iuribus antiquitus ad eam pertinentibus possidere, vtq; voluerit quà nrà, erga eundem Paulum Ciechistowski exact testimonium, ob merita eius erga Sẽ: mos antecessores nros praestita ipsum in vita, et possessione eius Aduocatiæ conseruandum esse duximus, consentiamusq; vt is Sic nostris ad vitæ eius extrema tempora. Promittimusq; pro nobis, et Sẽ: mis successoribus nris viuente memorato Paulo Ciechistowski, non esse cum nos, et successores nros possessore, ac vsufructuario dictæ aduocatiæ vllam ob causam necessitatemue, aut nram aut publicam priuandi, statum cuiquã facturos, verum conseruaturos illum mi ea possessione aduocatiæ ipsius ad extremum vitæ eius diem. Iuribus nris Regalibus, et Reipub: ibidem salvis manentibus In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die XX mensis Aprilis. Anno Dñi M°D. xC°. Regni vero nri anno Tertio Sigismundus Rex.

M: Seuerino Bonar de Balicze. Castellanatus Cracouien confert.

v.p. Sigismundus tertius dei grã Rex Poloniæ &c. significamus &c.

Inter Regij imperij functiones non minimam illam nos existima-
re, qua in mandandis honoribus, atq; Magistratibus maxime ve-
ro in legendo Senatu consistit. Non modo enim ea res ad eam
iustitiæ partem qua in distribuendo versatur, et quæ a viris
principi ac Reipub: gubernatori maxime spectanda est, per-
tinet; verum regnorum etiam ac rerum publicarum salus in eo fere
posita esse videtur, quale enim principibus cuiusq; consilium, qua-
lis in Reipub: Senatus, quales magistratus fuerint, talis quoq; re-
gnorum atq; rerum publicarum administratio, et status expecta-
ri debet. Quod cum ita sit atq; magna nobis cura, et cautio, in ea
re functione legendis nimirum Senatoribus, ac Magistrati-
bus, ut recte publice rei consulum esse velimus, sic agrobenda, tam
multo etiam maiori in præcipuis dignitatibus conferendis, dein-
grandiscq; primarijs Senatoribus, quismodi autem dignibus, atq;
locus, cum in Sac Reipub: sit Castellani Cracouien quiinter sena-
tores primum in Senatu locum obtinet; non immerito magna,
et accurata diligentia in eo conferendo vtendum nobis fuit,
Quod cum sedulo ac diligenter faceremus. non alienum à delibe-
rationis istius rationibus visum nobis fuit si eam dignitatem ad
Magnificum Seuerinum Boneram de Bali de Castellanum Biec-
laicensem Zarnouiensem, Labstinq; deferremus. Debere eni
Sot à nobis genere in primis ac familia ipsius existimauimus, ut
quemadmodum D. Sigismundus primus auus noster, at post eum
huius Sigismundus Augustus atauculus magna benemerentia eius
maiores, maxime vero aurum patrem, ac fratrem maiorem
prosequuti fuissent, vtq; et adulti in rebus grauissimis temporibus
Reipub: difficillimis eorum opera experti etiam in administratio-
nibus et procurationibus maximi momenti eorum dexteritatem, plu-
rima ad eos ornamenta Senatorias dignitates detulissent, ita,
nos quoq; eorum exemplo ac vestigijs insistemus, maxime vero quod
is de quorum agimus Castellanus Biecleñ nihilo se ijsdem suis
maioribus inferiorem præbeat, vt enim illi in toga, pacisq; artibus
clarissimi extiterunt, et multum Reipub: commodarunt, ita hic ne
in pacis solum negotijs verum in armis quoq; ac obeunda in citia
egregiam sane Reipub: operam nauauisset, primum quidem D.
Sigismundo Augusto auunculo in cuius ortus Moscouiticis bellis
expeditionibus laudes douien. et non nullis alijs postea vero
non ita pridem defuncto Scę. mo Regi Stephano successori, et affini
nro bellum in voluntaria militia, cum eundem Sotcen, partim in
præfectura Turmæ equitum, quibus omnibus expeditionibus ita

illum se præstitisse accepimus, vt nullum in eo conijcet periti præfecti, nullum strenui et fortis viri officium desiderare queat, vnde factum vt in premium nouatæ operæ binis à rege eodem Alexano præfecturis ornatus fuit. Consequutis postea Regis Alexandri mortem temporibus cum ste ipso interregno, quæ in electione, et post electionem eius non solum optimi, et amantis patriæ ciuis officio nunquam illum defuisse, verum nostra quoq; ob maiorum nostrorum memoriam dignitatis studiosissimum se præstitisse in eaq; euenda clarissimo viro socero suo Eustachio Wolowicz Castellano Vilnen, et summo Magni Ducat' Lit Suaniæ Cancellario Cqui Sandomiriam cum non contemnendis copijs vt obuiam nobis veniret progressus extremum ibi clarissimi diem) locum se præbuisse, tamq; illo in Lithuania, et per se ipsum in Polonia multa eiusdem nrâ dignitatis causa egisse, quas ob res, ob q; eius cum dexteritatem, tum constans et stabilis de omni re iuditiu, cum iam ante in Senatum eum nuncupassemus, et Biecn Castellanum Cquem locum maiores quoq; ipsius tenuerunt) renunciassemus in eaq; functione optime illa sese gessisset, atq; et vitas ipsius, et res gestas; et quod non obmittendu rei familiaris adminicula ad maiorem ad ampliorem dignitatis gradu vocare illum viderentur; facere aliter non potuimus, quin primarium ipsum in Senatu locum Castellani Cracouien vacantem dignitate, quam præcipui semper viri sunt vsi ad eum tanquam plane emeritum deferremus; quemadmodum quidem Illustrissimis literis de Sacris nris deferimus ipsos magnifici Valentini Dombinski, de Debian vita iam functi locum Castellanu Cracouien, cum digitus, et renuntiamus. Dantes, et concedentes illi eam dignitatem cum omnibus eius prærogatiuis functionibus, et primo inter sæculares in Senatorio loco; cum q; bonis omnibus, et fructibus, ac commodis ad Castellanatum cum antiquitus pertinentibus nullis exceptis, et in bonis ijsdem, eorum q; aduocatijs, ac sexcentijs, et cæteris id genus rebus plena iurisdictione, ita minimum, quemadmodum alij omnes Castellani eo vti sunt, vsq; ad extremu vitæ eius tempus. Quod omnibus Terræ, siue Palatinato Cracouien, dignitariis officialibus, ac nobilitati omnibus vsq; adeo quorum interest notum esse volumus, mandantes, vt commemoratu Magnum Seuerinu Boner pro Cracouien domicellu Castellanu habeant, et agnoscant, locum illi suum q; ad loci eius iura ac prærogatiuam, et dignitatem pertinere putent tribuant, de prouentibus, et rebus omnibus, ad Castellanatu cum spectantibus ei respondeant, et ab eis

quorum interest responderi curent. In quorum omnium fidem &c Datæ Varsaviæ die xxiij mensis Aprilis Anno dñi M° D° xC°. Regni vero nñi tertio. Sigismundus Rex.

Generoso Simoni Charle: ski. villa Zerniscze. cum Bar: ticula villæ Lozinij ad extre: mum vitæ diem concedunt.

Sigismundus tertius Dei gra Rex Poloniæ &c significamus &c. Nos ab Illustri, et Magnifico Ioanne de Tarnowiec supremo Regni nostri Cancellario, et generali Exercituum Belzensis. Mariaburgen. Derpatens. Knieshinen. Medzirecens. Capitaneo de virtute, de rebus in militia gestis de meritis erga dominos nos, nosq; ipsos atq; Rempub. generosi Simonis Charloski Præfecti militiæ, testimonia apud nos esse facta, tum ex merito maxime gratus, et commendatissimus ille nobis esse debeat, commemoratum enim de eo apud nos fuit cum à prima fere adolescentia, e Gallis oriundum ita militiæ se dedisse, ut victis primis eius ad Polocia, et Wielgolutos rudimentis, expeditione postea Moscouitica cohortem aliquot centenorum Hungarorum, peditum optime instructam, et ad bellum militiæ depugnandi gnibus aptissimam ad Sæ: nem Regem Stephanum produxisse ut magna ipsius commendationem mereretur maiorem vero cum fortiter ac strenue in oppugnatione Moscouiæ muros subeundis et ictibus, ac vulneribus constanter perferendis versatus esset, Nullum postea tempus intercessisse quo non ille egregiam virtutem occasio obtulisset operam Reipub: tam viuente ad Sæ: nem Regem Stephano quam post mortem ipsius nobis ad Regiam dignitatem euectis nauauisset, cum pri defendenda contra Sæ: Maximilianum Austriæ Archiducem Cracouia, tum bralio quoq; Bitschinen, Hoc vero paulo superiore tempore, cum Tartari Russiam, et Podoliam infestarent. Quorum ad Excursus ad Regni fines à Beglerbego Europeo promouerentur, illuc ad præfidium Kamenecii cum aliquo equitum ac pedium numero missum, per medios plane hostes peruasisse, ac sæpe cum illis minutioribus prælijs, ad extremum cum ipso Tartario ad Bauorouiam congressisse, et conatum vniuersi bellatorum ipsius exercitus feliciter sustinuisse. Quæ cum ita se habeant, et magnam posterum etiam eius viri operam, atq; virtutes vtri, nobis ac Reipub: esse possit: vt, et præteritorum ipsius meritorum rationem à nobis habitam ostendere mus.

et nos benignum promptiorem ad subeunda pro patrie periycla red-
dentes; illi bona nostra, villam Zernisse cum pertinentia vil-
Lobinÿ in terra Leopolien, morte generosi Alberti Kutskorski q.
ea bona dum viueret, possideret, ad dispositionem nostram de-
uoluta, in vsum fructum, et possessionem ex vita eius extrema tempo-
ra contulimus, et concessimus, conferimusq; et concedimus literis
teris nostris. Cum omnibus et singulis bonorum ac villarum earundem
fundis, stradis, agris, pratis, siluis pascuis, piscinis, lacubus, molen-
dinis, stroditisq; et quibuscunq; generis attinentiis, fructibusq; et
commodis, nullis prorsus exceptis, aut pro nobis, et successoribus
nostris reseruatis, quarta tantummodo fructuum parte, que Reipub:
debebat excepta, quam ille quotannis suo loco, et tempore soluet,
tres vero nobis debitas illi quoad vixerit condonauimus, et re-
mittimus. Promittentes pro nobis et Ser: successoribus nris, non esse eum
nos successosq; nros vsu, et possessione eorum bonorum quoad vi-
xerit impetres fuerit priuaturos, aut ea illi, vllam obcausam neces-
sitatemue, aut nram, aut publicam, quantumuis grauissimam
adempturos, priuandi, aut adimendi potestatem cuiquam fa-
cturos, imo conseruaturos eum in tranquilla eorum bonorum ac
villarum vsu ad vltimum vite illius horam. Iuribus tamen nris
in omnibus illis saluis manentibus. In quorum fidem &c. Data
Varsauie die xxiiii. mensis aprilis Anno domini Mᶜᶜᶜᶜ xᶜ
Regni vero nri anno tertio Sigismundus Rex.

Vidimus literas Kazimiri olim Regis Polonie super tres cum medio laneos in villa Vanicutcke.

v.g. Sigismundus tertius Dei grā Rex Polonie &c Significamus &c.
Oblatas esse coram nobis literas pargamenas Ser: olim D: memo-
rie Casimiri Regis Polonie antecessoris nri sigillo in cera ap-
penso munitas, ad R. Ern di m, C hiopatris &: Joannis Episcopi
Wladislavien, et R. P. Cancellarii extraditas, licet vetustate
aliqua exparte attritas, integras tamen, et illesas omnigq; suspi-
tione carentes, quibus Rex idem Ser: donationem perpetuam
trium cum medio laneorum per Magnum olim Andream Odrowasz
de Sprowa, Palatinum, et Capitaneum Leopolien, in villa sua per-
petua Vanicui Zemi terris Russie, et Detā Samborien existen,
nobili quondam Stanislao suo Fascomista, et suis legitimis suc-
cessoribus facta dinoscit, et ad id suum Regium habuit consen-
sum, quod in ipsis ijsdem literis copiosius ea habentur descripta
Supplicatum est nobis nomine modern Conquonbra fatorum
Scredis, et possessoris, vt eas per formam vidimus vulgo dici

Solitam propter earum diuturniorem memoriam in acta Cancellaria
nra mitere, mandauimus. Earum vero litterarum tenor, de verbo
ad verbum talis habetur. In nomine dñi amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Postq humanorie ac breui facile labuntur e memo-
ria, nisi a pmiculo litterarum, et fide dignorum testimonio robo-
ficiori fuerint perhennata. Proinde nos Kazimirus dei gra-
tia Polonie. Cracouie, Sardomirie, Siradie, Lanchicie, Cu-
iauie, Pomeranie Rex. nec non magnus Dux Lituanie,
Russie, Prussie q dominus, et hares. Significamus tenore pre-
sentium quibus expedit vniuersis, presentibus, et futuris pre-
sentium noticiam habituris. Quomodo ad nram, nostrorumq Con-
siliariorum tunc latere nro assidentium veniens presentia
Magnifici Andreas Odrowasz de Sprowa, Palatinus, et Capi-
taneus Leopolien, non compulsus, non coactus, regali quo ez o-
re dolio seductus, quinimo sanus mente habitu et exp̃so
amicorum nrorum salubri, frebus consilio, et matura delibe-
ratione pre habita publice, et per expressum recognouit. Quia
nobili Stanislao nro Falcomista, ipsiusq legitimis successo-
tres laneos, cum medio in villa sua perpetua Vanieuicze, in
terris Russie, et dcm Samogitien sitt, cum omnibus, et singu-
lis censibus, redditibus, fructibus, vtilibus, prouentibus, gle-
bis, agris, aruis, campis, pascuis, pratis, graminibus, grame-
ris, siluis, bosciis, gaysis, temporibus, imaginibus, mericis, sare-
ptis, rubetis, querceis, pinetis, mellificiis, venationibus, au-
cupationibus, fluuiis, flumimibus, lacubus, stagnis piscinis, pisca-
toriis, molendinis, palaciniibus, aquis, et earum decursibus, molendi-
nis, et eorum emolimentis, et generaliter cum omnibus, et singulis
vtilitatibus, pertinentiis, et obuentionibus vniuersis, quibus-
cunq nominibus censeantur specialibus, ad dictos tres laneos
cum medio, quomodolibet spectan, nichil pro se, aut suis succes-
soribus in eisdem penitus reseruan, cum omnig iure, dominio
et proprietate, ita late longe, et circumferentialiter, prout
ipsi lanei sunt distincti, et limitati, ac aliqs, cum eo iure, quo
ipse Palatinus per sua litteram ipsi Stanislao eosdem donauit,
et assignauit, deditq demonstrauit, ac coram statu nostra
rite, et rationabiliter iuxta terre consuetudinem perpetue
resignauit. Per prefatum Stanislaum, et ipsius successores
legitimos, tenen, habenda, vtifruch, vendeñ, alienan, commu-
tand pacifice, et quiete possiden, ac in vsus suos volunta-
rios prout sibi, suisq successoribus melius, et vtilius videbitur
expedire conuerten. Quamquidem resignationem admissimq
et ad id nostrum Regium prebemus consensum. Harum qui-
bus sigillum nostrum, presentibus est appensum testimonio

literarū, datum, et Datē in Posezie feria sexta post festū
sancti Francisci proxima. Anno dñi Millesimo. quadringentesimo
sexagesimo. Presentibus ibidem Reuēdissimo, et Reuēdis cōs
patribus dominis. Joanne Sancte Ecclesie Gnesnen, Archie-
piscopo, et Primate, Joanne Wladislauien, et Regni Polonie
Cancellario, Andrea Posnanien Episcopis. necnon Magnificis
et generosis Luca de Gorka Posnanien, Derslao de Lithwanij
Siradien, Petro de Oporow Lancicien. Nicolao de Koscielecz
Rosseten, Palatinis. Petro de Szamotuly Posnanien, et Jo-
anne de Czarnkow Gnesnen Castellanis, et alijs pluribus fide
dignis testibus ad premissa. Datum per manus prefati
Reuēdi patris dñi Joannis Epi Wladislauien, cancellarij, ac ve-
nerabilis Joannis Ludouici de Rosenie vtriusq; iuris do-
ctoris. Archidiaconi Gnesnen Vicecancellarij Regni Polo-
nie sincere nobis dilectorum. Sub Reto. eiusdem. Reuēdis pa-
tris dñi Joannis Epi Wladislauien et R. P. Cancellarij. Nos
itaq; S. C. S. Mandates. REX. supplicationi ad nos interposite
eius superius mentio est facta benigne annuentes pro miser-
tos literas Le: quondam Casimiri Regis Polonie antecesso-
ris nr̄i p̄ eo formam vidimus, in acta Cancellarie nr̄e inscribi
mandauimus. Actū et Datē Varsauie in Conuentu Regni
prouincialis die xxe iiii mensis Aprilis. Anno dñi M°. D°. x°. Regni
vero nr̄i anno Tertio

Ad Illustrissimi Regis Mandatum
Joannis de Zambocz. LL.
vtrius Cantoris et vt supra

Magnifico Stanislao Min-
ski Palatinatus Lancicien dat.

v.p. Sigismundus Tertius Dei grā Rex Polonie &c. Significamq; Te
Cum post delata Reipub: iteris ad nos gubernacula, omnem fere,
aut certe maximam administrationis eius partem in Senatus
et consilij publicij ratione positam esse ab eius ordinis di-
gnitate, et nram dignitatem, et salutem publicam dependere
videremus, nihil studio aut diligentia maiore curatum a
nobis fuisse, vel etiam nunc curari, quam vt expectantissimis
quibusq; viris, et ad eam functionem aptis munus idoneis ordo
iste constaret. Inde factum vt cum de cui post augurationē
nram, suffulciendus esset nobis Senatus, qui pleriq; ex eo ordine
morte ereptus, non nihil tum quasi diminutus, etiam Magcum
Stanislaum Minskei de Minsk. Legendum mi cum putaremus qua

- quidem in re illud mihi maximè spectatum à nobis fuit, quod is clarus et præstantibus majoribus esset ortus, qui et in toga, et in armis maxime semper floruerunt, honoribusq; ac Senatoriis, et aliis publicis functionibus cum laude vti, magnam posteritati suæ nomen, et commendationem in Rebus relinquerent: quod sanè vt omnium, ita maximè in deligendis ad publicam rem tractandam hominibus plurimum valere debet. Et si enim negandum non est, ex nouis etiam hominibus existere non raro viros præstantissimos, ad res grauissimas gerendas et administrandas aptos. cum natura ita comparatum sit, vt velut in circulo quodam res humanæ volentur, et alij quidem occidant, alij exoriantur; fit tamen, vt, quemadmodum in alijs animantibus; quemadmodum in arboribus, et plantis, ab his quæ in suo genere sunt præstantissima, præstantiores quoq; fœtus expectemus, ita inter homines multum interesse debeat quoq; maioribus, aut parentibus sit natus quibus item artibus ex parentum consuetudine imbutus. vt enim qui apud mercatores vel agricolturam, et alias id genus professiones seu artes exercentes nascuntur, quæ à parentibus vident tractari, ijsdem ipsi imbuuntur; ita qui nascuntur ex ijs qui rem publicam administrant, quorum auctoritas grauissimi sæpe in ipsa etiam puerilia de Republ: et administratione ipsius sermones cadere consueuerunt, non possunt, non maxime ipsi quoq; ad eam rem idonei euadere, Non immerito igitur vtrumq; Plejosq; alios ita in commemorato quoq; Magnifico Stanislao Almisio in Senatu nostrum legendo nos genus, et familiæ splendorem spectauisse. Nec hoc tamen illud solum fuit, in quo consisteremus, aut quod in eo maxime commendatione dignum iudicaremus. Virtus ipsius ingenium elegantissimum, et multa eruditione, ac liberali institutione, integritas singularis, et cum grauitate morum comitas coniuncta; multaq; animi, et ingenij dotes præstantissimæ. his multum nobis addiderunt. vel potius causam præbuerunt, vt priuatum illum non pateremur. ita enim à primeunte ætate sua eductum illum parente, maxime vero nostra Palatina Cracouien. sanctissima fœmina Cum primum puer adhuc amisisset, cura atq; studio accepimus, vt cum præstantissimis multis disciplinis, atq; doctrinis esset imbutus, cognitione linguarum, et domestica, et exterarum, ac iuris patrij adiunxisset, rebus deinde gerendis adeo tam tenta subito dexteritatis ac ingenij, et rerum ciuilium eruditionis specimina dederit, vt, à prudentissimis quibusq; viris inter eos lecturus, et connumerandus, qui præstantibus in Republ: viris quasi succrescerent, et eorum loca occuparent esset, quæ opinio seu potius prudentissimorum virorum de eo iudicium, cum Regni nti initio delatum ad nos fuisset, ac ipsi quoq; præclarum eius studium in benemerendo de

comis atq; Regnis: per sbexissemus illeg; Cracouiam nobis ad ca-
pienda Regni insignia competentibus non solum comitatum suum, ex
optimis equitibus ac peditibus mistum, obuiam nobis misisset, verum
ipse quoq; brevi post adnos venisset, et in tuenda nra dignitate,
ac salute, et libertate publica, praeclaram sua voluntatem nobis
declarasset, et re ipsa ostendisset; multumq; postea eius opera
in gravissimis rebus vsi fuissemus, facere aliter non putaremus.
quin in Senatum cum nostrum collata illi tum Castellani Za-
mcen dignitate legaremus, et arctiori quasi modo, nobis, et
Regno: obstringeremus, quo in munere cum multis rebus osten-
disset, quicquid in optimo Senatore requiritur sibi inesse, ac
integerime, et prudenter in dicendis sententijs, nos omni mu-
nere Senatorio, per totum hoc tempus versatus esset, dignum
iudicauimus, quem altius promoueremus, et primarijs Sena-
toribus coniungeremus. Itaq; mortuo iam ante Magnifico Jo-
anne Sierakowski de Bogusławice Palatino Lanciciensi,
illi Palatinatus eius dignitate conferendam esse putauimus.
conferimusq; literis hisce nris eumq; in Joannis Sierakowski
locum Palatinum Lancicien: dicimus, constituimus, et renun-
ciamus. damus, et concedendo illi eum ibi Palatinatu, cum om-
nibus ad eum pertinentibus functionibus, ac iurisdictione loco-
et commodis, ac reditibus quemadmodum eo omnes alij ante il-
lum Palatini vsi sunt, ad extrema vitae tempora, vel maioris
dignitatis aut muneris assecutionem per eum obtinendo.
Quo omnibus terrae seu palatinatus Lanciciensis dignitarijs
officialibus, ac nobilitati, omnibusq; adeo quorum interest,
notum esse volumus. mandantes. vt commemoratu Magnum
Stanislaum Minski. pro Lanciciensi Palatino habeant, et agno-
scant; locum illi tum quoq; ad loci eius, ius ac prarogativa,
et dignitatem pertinent, tribuant: de prouentibus, et rebus
omnibus, ad Palatinatum spectantibus ei respondeant,
et ab alijs quorum interest responderi curent. In cuius rei
fidem &c. Data Varsauiae die xxvi mensis Aprilis Anno do-
mini M° D° xC°. Regni vero nri tertio. Sigismundus R. exh.

Generosi, Ernestus Weier et
Anna à Morfangen coniuges, in
possessione Praefectura Lucen,
ad vitae extremu diem conseruatur.

Ex. Sigismundus tertius Dei grà Rex Poloniae &c Significamus q̃d
Ea erga nos merita erga Dictos successores nros nosq; ipsos atq; Rem:

publicâ, Generosi Ernesti Weiern, Capitanei nri Lucen, etmili-
tum praefecti, Militia bellicâ multis abeo praestita vtmihil non
s.w. Sigismundus tertius Dei grà Rex Poloniae &c Significamus &c Quia constituti personaliter coram nobis, et actis Cancellariae nostrae, Generosi Stanislaus Zolkiewski Castellanus Leopoliensis Hrubieszowien Calusiensis capitaneus. et Campestris dux Exercituum, ex vna, et Stanislaus Krasiczki Curiae nostrorum Praefectus. partibus, ex altera. Recedentes a iure fori, et iurisdictionibus suis quibuscuis propriis, et competen, et se suaq; praesenti iuris literis cum bonis omnibus, et successibus suis in toto quod actum praesentem spectat, incorporan, et subjicien, sponte, et coram bonis suis exentes, publicè, libere, solenniterq; et expressis verbis recognoverunt, et quilibet eorum seorsim, pro rata sua parte recognovit. Quod contractum certum inter se mutuo occasione certarum rerum in eodem specificatarum. de data, et actu Varsaviae die decima octava mensis Januarij in hoc praesenti conscriptum, manibus ipsorum propriis subscriptum, et sigillis obsignatum, et roboratum in omnibus eiusdem punctis clausulis, articulis, et conditionibus approbant, et ratificant, non secus, ac si hic de verbo adverbum sit introductus. Inserentes se cum bonis suis in vicem vnus alteri, in et super omnibus bonis suis, mobilibus, et immobilibus, hereditarijs et habitis, et in posterum habendis, eundem Contractum in omnibus eius contentis, clausulis articulis, et conditionibus generaliter vniversis, tam in toto, quam in minima parte, firmiter tenturos, completuros, inviolabiliterq; observaturos, et exequ:

tiros, neq; minima ex parte eidem contradicturos esse. Sub vadio Quadraginta Millium florenorū per triginta grossos quemlibet florenū numerandi, monetæ in Regno nūc vigentis, ratione cuiuslibet conditionis in illo contractu expressæ, et completæ, pro parte eidem contractui non satisfacient, vel eius successores, pacti præmissa tenenti, vel eius posteris, ad soluendū irremissibiliter succumbent, Quod vadium in se suosq; successores, ac sua omnia bona libere præfati recognoscentes assumpserunt. Pro quo vadio, ex quacunq; ex causa, et causis, ob non satisfactionem præfato contractui tam in toto quam in minima parte, per alterum eorum existens pars præmissa non tenens, vel eius successores per partem præmissa tenentem, et complentem, vel eius posteros citata, vel eius successores citati in Iuditium siue officium Castrens Leopolien, vel Castrens Præmislien: extunc facto recessu, vt supra, in primo vel peremptorio citationis termino, coram eodem iuditio siue officio, ad quod videlicet Sorum, citabitur, et citabuntur, stare, parere, in acie, et à iuditio, siue officio illo non recedere, soluto prius vadio nihilominus præfatæ inscriptioni in toto totiesq; quotiens opus fuerit, ac decreto satisfacere debebit, et illius successores tenebuntur, ad quietationē de præmissis nullibi se referendi, Renuntiando pro se in parte omnibus exceptionibus, dilationibus, motionibus, appellationibus, pacti trium seu tertium mercatū pecto, et alijs quibuscunq; iuris remedijs. Ne dilationem eum terminum vera, vel simplici infirmitatibus actionē pro maiori, statut, laudatis, et laudandis, literis nostris regalibus, motione bellica, conuentione regni generali, ac particulari, aut prorsus nihil quo præmissa elabi, in auxilium nobis attrahi possent, dilationis sua, suorumq; successorum omnium causa. Nulla præscriptione temporis de super obstante. Quamquidem præfatorum recognoscentium, ad eum modum inscriptionem factam, nos suscepimus, ac ratam habemus, illam in acta Cancellaria nra inscribi iussimus. Statuentes, ipsam robur suum debitum et iustum, semper, et obinde obtinere debere. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die decima octaua Mensis Ianuarij Anno dni M° D° IX° I. Regni vero nri anno Quarto

Datte eiusdem vt supra.

G: Joannes ab Ostrorog Locitenens Regni per G: Chrosberum Oluski de summa 4000 quietat.

Comparens personaliter coram nobis et actis Cancellaria nostra

generosus Christoferus Slurki. Recedet a Palatinatu, districtu
foro, et iurisditione suis propriis, et competen, Suis vero in hac parte
incorporan, et miscerando, sanos mente, et corpore exns, non compul:
sus, non coactus, sed animo bene diqs deliberato recognouit Quia
sibi generosus Joannes ab Ostrorog Regni nostri Cocillator sum:
mam pecuniarum quatuor millium florenorum numeri, et monete
Polonic. debiti sibi mutuati, et actis Castren Cracouien pre
lie, et festo Annuntiationis Beate Marie virginis proxime pre:
terito ad soluendu inscripti plenarie persoluit. De qua post
integram eiusdem sibi persolutionem eundem generosum Joan:
nem Ostrorog quietat liberumqs facit, ac inscriptionem pre:
fatam Castren Cracouien cassat, mortificat, et in nichilu
redit perpetuis, et cuiternis temporibus, sibi ac suis Suc:
cessoribus in premissis silentium perpetuum imponen. Quam:
quidem supradictam recognitionem, et quietationem, in acta Can:
cellaria nostra, inscribi, et authentice edi mandauimus. In
cuius rei fidem &c Datum Cracouia die xx mensis Maij An:
no dni M° D xC°. I Regni vero xii anno CVAQ.

Presentibus Illis, et Magnificis.

G: Nicolaus Orlowski in pos:
sessione villæ Lakie ad tem:
pora vitæ suæ conseruatur.

Sigismundus tertius dei gra Rex Polonie &c Significamus &c.
Ex. Cum i Senatoribus quibusdam nostris interpositæ ad nos essent
preces, ac intercessio pro generoso Jacobo Orlowski possore
ville nre Lakie in terra Dobrzynen, vt liceret illi possit, conser:
se nro accedente, villa eadem Lakie, quam possidet, summisqs in
ea inscriptis generoso Nicolao Orlowski fratris sui filio ce:
dere, iusqs omne quod in ea villa Sabet in eum transferre: nos
intercessionibus eius iustam Sabentes rationem, commemo:
ratiqs generosi Jacobi Orlowski optimum in bene merendo,
de intercessoribus nris atqs Reput: nobisqs ipsis studium com:
mendatum Sabentes. libenter, et summa cum voluntate nra
id concessisse, quare fecimus illi, facimusqs pretentium
vi, et auctate potestatem cessionis eius, ad quascunqs acta
illi visum fuerit peragenda, summqs ius omne quod ad bona
acta villæ Lakie summasqs in bonis illis inscriptas, ei com:
petit in pranominatum fratris sui filium Nicolaum Orlow:
ski transferendi, quod postea quam ad effectum deductum
fuerit ipse Nicolaus Orlowski ea bona villa Lakie, cumpra:

dicò ac fundis, ad illum pertinentibus, omnibusq; fructibus vtilitatibus atq; commodis, tenebit, et possidebit, nec a summa quæ inscripta in illis habetur. Quocumq; quidem bonorum possone eum ipsum Nicolaum Orlowski ad extremum vitæ eius tempus consequamur, Promittentes pro nobis successoribusq; nostris nulli vnquã hominum nos, successosq; nros redimendæ ab illo villæ istius, quamdiu in humanis extiterit facultatem concessuros. Hæredes nos etiam ipsos successores nros, eam pro vnoquoq; nro aut Reipub: vel grauissima graui necessitate id exposcente, ab ipso redempturos verum conseruaturos eum in possone ipsius, ad vltimum vitæ eius terminum. Ille vero Legibus, ac Constitutionibus satisfaciet quantam partem summæ in bonis illis inscriptæ nobis, ac Reipub: remittet. Iuribus etiam nostris Regalibus, salvis, et integris in bonis illis manentibus. In quorũ omnium fidem &c. Datum Cracouiæ die octaua mensis Maij Anno M°D XC° I° Regni vero nostri Anno Quarto Sigismundus Rex &c.

David Joannes et Thomas Hilchen pro indigenis regni suscipiuntur, et nobiles creantur.

In nomine domini Amen, Ad perpetuã rei memoriam Ea. Nos Sigismundus tertius Dei grã Rex Poloniæ &c. et Rex Sueciæ hereditarius. Significamus præsentibus literis hisce quorum interest huius et futuri temporis vniuersis et singulis, Ita semper nos existimasse cum multa præclare in florentissimis quibusq; Reipub. constituta sint, tum nõ minus id quod in genera hominũ certa atq; ordines pleraq; distincta sint, et cum discrimen eius rei omne ex virtute pendere debeat, qui virtute præstitisset, eadẽ ex inferiore ad altiorem quoq; gradum atq; ordinem eueheretur. Fieri enim hac maxime ratione existimamus ut non modo virtuti sua præmia tribuantur, verum ea virtute ad maxime altum dignitatis gradum perueniri queat se posse intelligat, ipsorũ ordinum interse certamine

atq; amulatione uirtutis etiam studiu magis et uigeat in Repub et excitetur, in qua maxima uirtutis ratio habeatur. Quoquidem instituto atq; ratione nos permotiri Dauidem etiam Hilchen Syndicum Ciuitatis nrae Ligen: sis, et una am eo fratres ipsius germanos Joannem Philosophiæ et Medicinæ Doctorem. Thomam Hilchen propter eximia suprademonstrati Dauidis Hilchen nore modo uirtutem uerū in nos etiam et communem Rempb. regni nri merita inter ueros et indigenas regni nri alitimq; ditionum nrarq; nobiles præsentiū Comitiorq; auctoritate am omni legitima posteritate eorū asciscendos, legendos adoptandosq; duximus. honestissimo is am fratribus, parente Tribuno, matre autem Catherina Kalb antiquæ nobilitatis fœmina in urbe prouinciæ nræ Liuoniæ primaria Riga natus, ab ineunte mox ætate primū parentū consilio atq; instituto, deinde etiā suo ipsius maxime studijs se addixit, in ipsq; perpetuo postea versatus fuit, qua non modo nihil alienum à dignitate equestris ordinis haberet, uerum maxime etiā fere illustre ornamentū sunt eiusdem. Primū enim in Cancellaria ac familia Illūr et Mgci Joannis de Zamoscie regni nri Cancellarij et Exercituū Gnālis. Belsen, Nauriburgen, Derpaten, Kristinen, Mitzgirecen, Trocecen Zamoscien uū nri Capitanei per tempus aliquod uersatus, ac am Illi deinde Alexandro Duce Slucen in exteras nationes profectus, præterq; quod in ea peregrinatione am eidem Illo tum multis ex nobilitate nra tam Polonica quam Lituanica insignia officia et adiumenta præstaret ita in celebrioribus quibusq;

Academijs animum ingenium̄q; js literis, quæ quod solæ maximè homine libero dignæ sint humaniores nocatur: tum verò iurisprudentiæ etiã studijs et publicè aditis disputationibus excoluit, ut et tum iucundissimo ingenij elegantia eruditioq; ipsius inuiret, et eũ alijs omnibus, tum maximè ordinarijs studioꝝ censoribus eo gradu et honore qui in iure primus esse dignus iudicaretur. Etsi autem hæcipsa studia cum ob præstantiã atq; excellentiã eam quæ ex illis ipsis tributa eis est, omnibus vel maximis premijs digniſsima sint, ad eu ta: men illa postea etiam in nos et communem regni nostri Rempub. merita eius accesserũt, ut premiũ hoc ante quidem virtuti atq; ingenio eius, nunc verò præstãtibus etiam eiusdem meritis optimo iure debitũ statueremus Fructu enim eo et delectatione quæ ex optimarũ arti: um studijs perse maxima peripiuntur non contentus am omnia studia et cogitationes acteò suas ad sa: lutem patriæ, atq; ut illi suam operã aliquando naua: re posset retuliſset, quamprimũ præstantiorũ literarũ studijs non tam saciatus quam amore patriæ ab js revocatus in patriam redijsset, non minus ipse liben: ter operam suam patriæ addixit quã patria ipsa cupidis: sime eum amplexa fuit. Incidit primus hic ad Rem: pub. actus ipsius in ea tempora quibus perditis fauti: osorum quorundã consilijs graviſsima seditione excita: ta multitudineq; traducta partim ad defectionem à diuæ memoriæ decessore nro Stephano Rege, regnoq; universo ab jsdem factiosis ciuibus solicitaretur, opti:

mis quibusuis ciuibus, maximè autem Consularis ordinis
pulsis alij opprimerentur, alij in capitis discrimen ab au-
toribus seditionis adducti supplicio afficerentur. Quo
verum statu aum ius atq; fides omnis fere ex Ciuitate
exularet, dominaretur autem temeritas atq; audacia,
atq; eiusmodi uiro maximè opus esset qui et animo
perniciosis conatibus obsistere et eloquentia multitu-
dinem flectere et consilia moderari posit unus fere
hic inuentus fuit, qui non modo nullis terroribus de
statione sua dejici se passus fuerit, uerum quicquid in-
genij doctrinæ ac facundiæ haberet ad tranquilita-
tem patriæ tuendæ et in officio ac subiectione ea qua
decessoribus mis Regibus Polonia nobisq; ipsis profess
esset retinendæ conferre non noluerit solum, sed maximo
etiam cum fructu potuerit. In omnibus enim illis tem-
pestatibus cum summa constantia et animositate in fide
erga nos et communem regni Rempb. non sine magno
uitæ et fortunarum suarum discrimine persisteret, non mi-
nore fortitudinis militaris quàm ingenij artibus, et per-
niciosorum ciuium consilia euertit, et meliores ad sa-
niora consilia reuocauit. Et cum crebras legationes ad
Comitia regni mri. ad nos quemadmodum et D. memoriæ
decessorem mum susciperet, eiusdem tumultus sedandi
rationes nobis quoq; commonstrauit. Itaq; àm anno
proximè præterito Commissarij Ordinis Senatorij Illres
mimi et Magnifici Seuerinus Bonar Castellanus ni
Biecen nunc Cracouien ac Leo Sapieha magni Ducatus
Cancellarius ad componen Ciuitatis illius statum Co-
mitiali autoritate ablegati à nobis fuissent, tum ea

fide atq3 dexteritate pacandæ Ciuitatis eius rationes fidel? Dauid indagauit, cum illisq3 communicauit, ut nō modum quemadmodum et ante cum decessore nro tum nobis fidē su: am illis quoq3 facile probaret, sed conseruatæ in fide ciui: tatis eius laus non minima ex parte ab ijsdem illi præ cete: ris tribueretur. Non postremū sanè regni nri ornamentū pa:: tria eius Riga est, eius uerō cum ipse ob ingeniū doctri: nam atq3 elegantiores mores unicum ferè ornamentū sit, ac: cedant uerō adhæc tanta ipsius in nos et cōmunem Rempub. merita, iniquissimū certè iudicauimus, ut qua Repub. et cū uita sua discrimine tam bene meritus is fuisset eiusq nō pleniss:mo etiam iure uteretur. Itaq3 cum in generali cō: uentu hoc regni nri præter supnōmoratas Illg et Magcos Se: uerinum Bonar Castellanum Cracouien, Joannē de Zamo: scie regni nri supremū Cancellarium et Exercituū gnālem Leonem Sapiehā Magni Ducatus nri Lituaniæ Cancellariū plerisq3 alij etiam primi nominis Senatores nri debitū uirtuti huius et meritis testimoniū pbuisset, et ut ab ea in regni quoq3 cæterarumq3 ditionum nostrarū nobilitatis ius atq3 dignitatem cōmoratum Dauidem Hilchen familiaq3 eius asciberemus legeremus asciferemusq3 in pleno senatu a no: bis petijssent, non inuiti non modo nræ in eundem Dauidē Hilchen clementiæ, sed multō magis ipsius quoq3 in nos re: gnumq3 nrum meritis tribuendum id existimauimus. Pro eoq3 pnōbis hisce ex Senatus nri et Ordinum Comitiorumq3 pre: sentis gnālis autoritate cōmoratos fratres Hilchen ue: nos ac geminos regni nri dominiumq3 ei adiectos nobiles declaramus decernimus pronunciamus creamusq3, cæterisq3 regni nri et aliarum quarumq3 ditionum nobilibus exequa: mus comparamusq3. Cumq3 omniū nobilium ut aliorum

ita regni etiam nostri more atq; instituto propijs quibus-
dam ac peculiaribus familiæ suæ insignibus, ipsi etiam uti,
gaudereq; debeant, ac uero supranominatus Illris et Mgnis
Joannes de Zamoscij regni mri Cancellarius et Exercituum gnal
Capitaneus gentis suæ insignia, ut ei qui et partem aliqua
etatis in sua familia, fide casta et moribus comodis transe-
gerit, et de cuius uirtute tam præclare sentiat, ut indicij
de eo sui ad posteritatem etiam testimoniũ aliquod relin-
queret, ultrò ei familiæq; eius detulerit, eadem nos quoq;
comemoratis nobilibus fratribus Hilchen legitimæq; poste-
ritati eorum mra quoq; autoritate confirmamus, in area mi-
nium rubea aurei coloris hastas tres transuersas, ita mi-
nium ut duarũ cuspides sursum, tertiæ earundeq; medię
deorsum spectent. Quo in mra etiam gratia peculiare
monumentum aliquod habeant, ad insignia ea quæ in ip-
sa area à comemorato Illri et Mgno regni mri Cancellario
assita, habebunt supra galeam elatratam equestrẽ coro-
natam candam etiam pauonis naturalibus coloribus suis
distinctã et expansam gentilitiæ. Zamoiscior gentis ca-
put in nostræ erga cõmemoratum Davidem Hilchen cle-
mentiæ signum adijcien eis existimauimus pritibusq; his-
ce adijcimus. Quibusquidem insignibus quemadmodum
artificij pictoris manus delineata pictaq; cõmemorati
Nobiles Hilchen, omnesq; legitimi posteri eorum in omni-
bus et singulis honestis tam ludicris quam bellicis coin-
cis ac negocijs, prælijs, duellis, torneamentis, signis, uexillis,
aulæis, tabulis, anulis, sepulturis, omnibus denicq; temporibus
locis et actibus pro suo arbitrio aliorũq; nobilium more pu-
blice et priuatim utentur: ea ipsi gestare, heroldis et
quibusuis ministris imponere et ligare ualebunt. Tum
uerò in alijs etiam iuribus, priuilegijs, immunitatibus, liber-

tatibus quæ ordini nobilium de iure uel consuetudine in regno ac ditionibus nris quibuscúq; competunt, ipsi quoq; tanquam ueri ac gemini regni nri nobiles de stirpe nobili claroq; sanguine ab auis proauis et maioribus per directa lineam ex utroq; latere descendentes ex utroq; parente pro: creati gaudebunt fruenturq;, honores et dignitates tã spi: rituales quam seculares beneficia ac officia omnia et sin: gula pari cum reliquis ueris regni et quarũcúq; ditionũ no: strarum nobilibus iure capere poterunt, eodemq; omnino iu: re et conditione erunt, quo alij nobiles sunt, qui in regno nrõ sunt optima. Quæ cum omnia singulaq; suprascripta ra: ta firmaq; perpetuo esse uelimus ad omniũ regni nri ali: arumq; ditionum nostrarum magistratuũ ac dignitarior, tã Ecclesiasticorũ quam secularium Archiepiscoporum, Episco: porum, Palatinorum, Castellanorũ, Capitaneorũ, Tenutarior, Burgrabiorum Aduocatorũ omnium demq; et singulor, ma: xime autem nobilium notitiæ deduci mandamus uni: uersis et singulis, ut prafatos Nobiles Hilchen omnesq; legitimè ab eis natos et nascituros non modo pro ueris ac, gemmis regni nri nobilibus habeant, recipiant, nobilitate illorum nullo uel dicto uel facto lædant uiolentue, ueru benevolentia etiam ac fauore suo eos prosequantur, ad honores contendẽ faueant omniq; aliena uirtutis non inuidẽ unde sua nobilitas profecta sit testentur, Quod ut omnes uirtutis amantes ac uere nobiles etiam sine co: hortatione nra facturos non dubitamus, ita si quis tñ exi: stat cuiuscúq; status conditionis aut dignitatis is fuerit, qui in contumeliã pfatorũ nobilium Hilchen posteroruue eor, ac autoritatis nrã Regiæ imminutionem nobilitati eor, obtrectare illis detrahere dicto demq; factoue uel nobili: tatemillorum uel existimationem impugnare præsumeret, eum

consuetis poenis quæ in diffamatores nobilem iuris regni sta:
tuta sunt, nobis iudicioq; ad quod ex parte læsa citatus
fuerit ipsiq; parti læsæ præstandas subiacere volumus. quã:
primũ quotiesq; prnti hoc priuilegio nro quod ad omnem
probationem nobilitatis sufficere volumus, nobilitatem suã ant
tenorem priuilegij, si eius forte copiam non habuerint, aliisq;
idoneis monumentis in iure probauerint doauerintq;. In
quorum omnium fidem et euidentius testimonium hasce ma:
nu mra subscripsimus sigillisq; regni mri et magni Ducatq
Lituaniæ communiri mandauimus. Actum Varschouiæ in
Conuentione regni mri gnali die secunda mensis Januarij.
Anno dñi Millesimo quingentesimo nonagesimo primo. Re:
gni mri quarto. Præsentibus Rmis Illis Egnatis Magni:
ficis, Generosis, Venerabilibusq; dn: Stanislao Karnkowsky
Gnesnensi, Legato nato et regni mri Primate. Joanne De:
metrio Solikowsky Leopoliensi, Dei gra Archiepiscopis, nec
non Hieronimo Rozdrazewsky Wladislavien et Pomera:
nia. Alberto Baranowsky Premislien et nominato Plo:
censi ꝛc ast supra ꝛc
Sigismundus Rex.

Simon Simonida nobilitatur.

Ex. In nomine domini Amen, Ad perpetuam rei memoriam Si:
gismundus tertius ꝛc Mos est omnium Rerumpub. quæ
cum amplitudine florere voluerunt, uirtutem præmijs et ho:
noribus prouocare, omneq; genus ornamenti in eam conferre.
Idcirco sapientissimis maiorũ nostrorũ legibus sanctum
quoq; est ut inferioris etiam ordinis hominibus, si in eis
insignis aliqua virtus emicuerit, ad honorũ et liber:
tatum incrementa, via pateat: præcipuè qui nam pro:
pri patriam bellando iuuerint, aut honestissimis disciplã:
mis instituti, industriæ dotibus Reipub. utiles esse pos:

gerint. Cuum uerò felicitas nostrorum temporum ea sit, ut ingenijs etiam ocium detur sese profitendi, non possumus non amplecti eos qui cultura animi sui ęuum nostrum illustrare contendunt Inter quos Simonis Simonida clarissimum in literis nomen eminentius sese extulit, ut rarissima quadam doctrina, et politissimis scriptis in lucem editis, non solum nostro orbi notissimus sit, sed apud exteros celeberrimus existimatione habeatur: magnorum porro uirorum uoluntates et iudicia ita iampridem promeruit: ut in media corona Senatus nostri à terrarę Regijs, et procerum compluribus luculentissimis laudibus nobis commendaretur: grauissimęq; Senatus consultum ea causa factum sit, ut in nobilium iura et titulum cooptatus indulgentia nra ascenderet. Quod sanè ornamentum doctissimo uiro libenter concessimus, Nobilemq; eum gratia nra Regia et Comentus huius generalis autoritate creauimus: prout præsentibus nris literis creamus et declaramus, eodem omninò iure, quo quisq; unq; in regno nro Poloniæ, siue ob maiorum antiquissimam progeniem, siue nouo nobilitationis beneficio emineat, optimo fuerit aut sit. Conferentes illi eiusq; liberis posterisq; legitimis utriusq; sexus prærogatiuas et præeminentias, ac magistratuum dignitatumq; tam secularium, quàm spiritualium adipiscendarum ius, immunitates, libertates, exemptiones ornamenta, et iura nulla cum exceptione omnia, quibus equestris ordo regni nri hominesq; nobiles in Polonia pro iure et consuetudine utuntur fruuntur. Quod quidem ius nobilitatis ut illustrius certis insignibus tanquà bonis quibusdam notis gerat, concessimus et assignauimus illi usum insigniorum dictorum antiquitus Rohziesser, scutum scilicet triangulare rubei coloris, in quo sagitta alba superne in cuspidem alatam fastigiata,

inferne distorta, per medium cruce capulari, signata, extet. Cui
sauto galea equestris clatrata, cum corona aurea insumbat:
è corona se proferant tres hasta equestres flaua, binis trans:
uersim mucrone sursum tendente positis, tertia recta trans:
uersas in decursione stringente, atq; ad imum corona pertin:
gente: quales insimtur in uetustissimis insignibus tessera se:
litha: idq; ad pereme monimentum singularis studij et
beneuolentie qua Illustris Joannes de Zamosczie regni mri
Cancellarius et Exercituum prefectus ac doctissimum huc vi:
rum se complecti apud nos professus est, Eas insuper hastas
corolla viridis laurea circumplexa exornet: prout insigni:
um eorundem forma suis coloribus hic depicta cernitur.
Decernimus uero ut descriptis insignibus comemoratus No:
bilis Simon Simonides eiusq; liberi atq; posteri sexus utri:
usq; legitimi, omni tempore et loco publice ac priuatim bel:
lo paceq; in quibuscuis presentibus honestis rebus atq; actio:
nibus expeditionibus equestribus luctis, uexillis, tentorijs, sigil:
lis, annulis, signis, monumentis, edificijs, imaginibus, pro mo:
re et consuetudine quorumuis nobilium uirorum utan:
tur fruantur, eaq; insignia pro genuina sua nobilitatis
nota et documento habeant perpetuis temporibus. Qua
omnia per presentes has literas sancimus et decernimus, atq;
adeo ad notitiam omnium regni mri dignitariorum, magistra:
tuum prefectorum officialium quorumuis nobilium homi:
numq; omnium regni mri cuiuscuq; ordinis, status, dignita:
tis atq; conditionis sint deducimus, mandamusq; ut pre:
dictum Simonem Simonidem eiusq; posteritatem pro
ueris legitimisq; nobilibus habeant, illisq; omnes pre:
rogatiuas preeminentias immunitates iuraq; omnia tribu:
ant et concedant, que uere nobilibus regni mri hominibus
è uetere maiorum nobilitate descendentibus tribui et con:
ueti solent, hasq; literas nras ut in omnibus suis articulis

clausulis punctis comemorato Simoni Simonida suisq; posteris salvas et integras observent, et observari pro suo quisq; officio faciant sub gratia mra et sub pœnis ex legibus publicis et consuetudine in violatores huiusmodi literarum mray constitutis. In quorum omnium fidem et evidens testimoniu presentes manu mra subscripsimus et sigillum regni mri appendi mandavimus Datum per manus Illustris et Magci Joannis de Zamoscie supremi regni cancellarij et Generalis exercituum, Belsen, Mariæburgen, Knijszynen, Dorpaten Miedzyrzecen u Capitanei Varschaviæ in Comitijs regni gnalibus decia octava Aprilis Anno dni Millesimo quingentesimo nonagesimo Regni mri tertio. Presentibus Rmis Rnotis Illustribus Magcis Generosis ac Nobilibus Stanislao Karnkowsky Archiepiscopo Gnesnen Legato nato et regni primate. Hieronimo a Rozdrazow Vladislavien et Pomeraniæ, Bernardo Maszkiewskij Luceorien Alberto Baranowskij Premislien et regni mri Vicecancellario Lauretio Gosliczki Chelmen. Josepho Wereszczinski Kiiovien Episcopis. Nicolao Firlej de Dambrowicza Cracovien, Novicivitatis Korczin Casimirien Capteo. Georgio Mniszek de Mogilna Kuiavien Sendomirien et Sanocen Samborien Stokaliengs Capteo. Joanne Kiszka de Czechanowiecz Castellano Vilnen et capto Brestianen Petro Potulicki Calissien, Joanne Hlebowicz in Dabrowno Trocen, Constantino Duce in Ostrog Kiovien Wodimirien Capteo Jamisio Duce ab eisdem Ostrog Volyniæ. Joanne de Tarno Podoliæ Hrodlen Czerstinengs Capto. Nicolao Zebrzydowski Lublinen, Gnali Cracovien Landskoronengs Capitaneo Theodoro Skumin Novogrodeñ et capto Grodnen Olitengs. Gregorio Zieleński Plocensi et capto Zakroczimen. Stanislao Krizki Masoviæ et Capitaneo Plocensi. Stanislao Radziminski Podlachiæ et capto Liven Camenecengs. Stanislao Costomski Rauen et capitaneo Radomien. Nicolao Dzialyński Culmen et capto Bratianen Palatinis. Paulo Szczawiński Lancicien, Bielsen

Warecenġ Capto, Michaële Myszka Volynia. Joanne Wilkanowski Plocenſi. Joanne Leśniowolski de Oborij Czerneń Parnawieńġ Capto. Martino Leśniowolski de eadem oborij Podlachię Zatorień Losicenġ Capitaneo. Stanislao Dzialyński Elbingeń Christophoro Komorowski Sandecen. Severino Bonar de Balice Biecen Radostinenġ Capto. Andrea Firlei de Dombrowicza Plalogosten. Andrea Męczyński Vielunen Brzezniceńġ Capto. Joanne Ossowski Polanecen Gorenġ prefecto. Hieronymo Gostomski Kaklen Walcenġ Capto. Alberto Radmienski Oswięczimeń et capto Dibonien. Alberto Rozaiski Warsaviense, et Capto Kowalien, Martino Męzyński Wisnen Rossijsowski Raczyszneń. Stanislao Mieński Zakroczimeń Stanislao Krasinski Czechanowien. Stanislao Bykowski Conarien et Capto Siradien. Castellanis. Andrea Opaliński de Brin supremo regni Marschalco maioris Polonie gnali Lesaisen Sremenġ Capitaneo. Joanne de Zamoscie regni supremo Cancellario Exercituġ gnali Belsen Mariaburgen Dorpaten, Knijszinen, Miedzirecen Capto. Leone Sapieha Magni ducatus Lituanie Cancellario et Capto Slonimen Gabriele Woina Mag. Duc. Lituanie Vicecancellario. Demetrio Chaleczki Thesaurario Mag. Duc. Lituanie. Stanislao Przyjemski curie regni mi Marschalco et Kominen Capto. Petro Tylicki Praposito Gnesnen. Cracovien Varmienġ Canonico, Secretario regni maiore. Joanne Tarnowski Crai Wladislavien, Lancicien, Kruswicen Praposito. Joanne Thoma à Dorhoiow Referendario curie nre et Capitaneo Pramischien. Joanne Piotrowski Posnanien, Scholastico Lancicien, Custode Sandomirien Cracovien Canonico. Simone Rudnicki Custode de Gnesnen, Reinholdo Heidensteinio Petro Czeletinsky Secretarijs nris. Nicolao Vrowiczki Rotmagistro nro. Paulo Piaskowski, Stephano Potocki et alijs quamplurimis dignitarijs officialibus, aulicis et Nuncijs terrestribus ex oibus terris et paltibus tam regni quã Mag. Duc Litue ad pntia comitia congregatis.

Sigismundus Rex.

510

Joannes Wiśniewski Nobilis regni à Sac Mte Regia creatur.

Pozwolenie udzielone poprzednio czci Zwierzchności Wiśniowskiej na Wiśnicz.

1564

In nomine Domini Amen, ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus tertius Dei grā Rex Polonia rc Significamus rc Sta semper nos statuisse, ut cum omnium Rerumpub. et regnorū non maxima ut plurimū initia, incrementa deinde aliquanto maiora ac certi ad perfectionem gradus sint, nulla fere re, ut maximè princeps quoq; Respub. fuerit vel maxime oriūsse, vel altius sese extulisse, quam fortissimis quibusq; viris, atq; ijs qui virtute ac ingenio cæteris præstarent in eande Rei: pub. ac iuris communionem, ordinemq; nobilitatis recipiendis, et de eodem instituto, modoq; ac iure eius rei, publice etiam leges latas constitutasq; videmus. Quo libentius nos etiam illud facimus, ut partim Reipub. huius regni nri anito more et utilitate partim maiorum nostrorum Regum Poloniæ exemplis adducti, in quo vel excellentem aliquam virtutem vel præclara in nos et Rempub regni nri merita extare cognoscimus, hunc in ictem nobilitatis ius atq; ordinem asciscendo nobis reipublicæq; regni nri demerendum. Quo in numero Joannem Wiśniewski Illris et Mgci Jacobi Ducis Ostrogia Palatini Volhiniæ rc syncere nobis dilecti Secretarii, ad eiusdem Illris Ducis, atq; Illris et Mgci Joannis de Zamoscie regni nri Cancellarij et Exercituū gralis, tum vero Nuncioq; terrarum disertam comendationē, vel maximè referendā nunc existimauimus. Cum enim hic parentibus honestissimis Cracouiæ natus esset, in eiusdem urbis Academia inclyta, celeberrimoq; inprimis regni huius optimarum literarum emporio institutus et altus, breui tanti in scientijs profecit, ut etiam artium liberalium Magister et Philosophiæ Doctor creatus, item ad maiora negocia gerenda et administranda aptus idoneusq; ab omnibus indicaretur.

Tandem itaq3 cum prius ex gremio et familia Rndi Stani:
slai Socolouij Theologi magna memoriæ Stephani primi Re:
gis Polonia deinceps vero Illris et Algi Andreæ Comitis de
Thenczyn Palatini Cracouien d comemorato Illri et Algro
Ouoi Ostrogiæ Gamnio operam fidemq3 suam addixisset,
breui tempore industriam uirtutemq3 suam ita probauit, ut
cum summa in illo et alias semper, et post excessum D.
Stephani Regis cum grauissima periculæ regnum hoc ex:
cepisset experiretur, plurimis grauibus in rebus opera ip:
sius uteretur, etsi ille satis magnam laudem apud omnes
reportaret, ea tamen non contentus, nisi etiam utraq3 arte
istam qua uera laus paratur oratoriam cu militari con:
iunxisset. Cum æstate præterita Tartarus eximproviso cu
numeroso exercitu oras Russiæ inuasisset, cum in alijs
omnibus periculis eundem Illrem et Algum Ducem ostro:
gia Segnius semper fuit, tum maximè in Tarnopoliensi
obsidione et conflictu Zbaraziense, nursusq3 festinanter
Chano Tartarico pedem referente Camenecense ita se ges:
sit, ut partim una cum alijs cum barbaro hoste prælia
instauraneto, partim nunus cum copijs eius conferendo,
ad ingenij laudem qua iam florebat, non minorem for:
titudinis etia ac militaris adijceret. Quæ quidem uirtus
ipsius, etsi iam ante sponte dignissimum eum Nobili:
tatis ordine effecerit, ipse etiam honestissimis ac nobi:
libus parentibus natus sit, Cum tamen parentes ipsius
ut qui in urbe habitarint, urbano iure usi fuerint, ideoq3
ne ad nobilitatis ius quicquam deesse ei uideretur,
comemoratus Illris et Magnus Dux Ostrogiæ cum uirtu:
tis fideiq3 eius amplissimum testimonium apud nos
illi tribueretur, tum ut oppidanorum iure atq3 ordine
eum exemptum in nobilitatis ordinem ac pleniss[imum] ius

transferremus et diligentissimè apud nos pro eo interc̃essisset,
et in suam gentisq; sua Baklaÿ insignia receptuum se eũ
obtulisset, eo minus dubitandum nobis, existimauimus, quin
nobilitatis hoc regni nr̃i ius atq; honorem, quo ille uirtu:
te sua iamdudum se dignum p̃stitisset, nunc ex uniuer:
si etiam Senatus nr̃i et omnium ordinum regni authoritate
atq; consensu publice ei conferremus tribueremusq;, quem:
admodum quidem conferimus ac tribuimus p̃sentibus hisce,
comemoratumq; Joannem Wisniewsky omnesq; legitimos nr̃i:
usq; sexus posteros ipsius, si quos postea susceptuus sit, de
consilio ac sententia Senatorum nostrorum, omniumq; adeo Or
dinum p̃ntium Comitiorum autoritate, ueros ac geminos re:
gni huius dominiorumq; eis adiunctorum nobiles creamus pro:
nunciamus promulgamus, eo nimirum iure quo quicunq; in re:
gno nr̃o uel à maioribus nobilis procreatus uel à nr̃is prede:
cessoribus nr̃is iure donatus optimo, in regno dominijsq; nr̃is sit
uel fuerit, ita nimirum ut ad omnes dignitates tam Eccles:
asticas quam seculares, eq̃è cum alijs nobilibus pemenire,
munera honoresq; nobilium gerere, omnibus immunitatibus ua:
cationibus ac libertatibus quibus alij nobiles regni huius uel
iure uel consuetudine utuntur, ipsi quoq; publice semper ac
libere uti possint, neq; ulla in re deteriore conditione, qua
quicunq; alij regni nobiles esse soleant, sint aut habeantur.
Quo autem publice quoq; aliorum nobilium more insignibus
nobilitatem profiteri possit, cum quemadmodũ supra osté:
sum est Illtis et Algds Dux Ostrogiæ in sua gentisq; sua
insignia eundem Nobilem Joannem Wisniewsky posterosq; ip:
sius receptuum se obtulerit, eadem nos quoq; illi confirma:
mus, adeoq; p̃ntibus hisce conferimus, in scuto nimirum ru:
bro, quemadmodum eadem pictoris nram expressius atq;
ad uiuum depicta hic sunt. Quibus quidem insignibus
ut cum commemoratus Joannes Wisniewsky tum omnes

utrinsq; sexus legittimi posteri ipsius in omnibus et singulis honestis tam ludicris quam bellicis causis ac negocijs prælijs, duellis, torneamentis, uexillis, tentorijs, scutis armatis, tabulis picturis domorum ædificiorumq; ornamentis, signis armulis sepulturis, omnibus demq; temporibus, locis, actibus, pro suo arbitrio aliorumq; nobilium more publice prinatimq; utantur uolumus, ea ipsi gestare et quibusuis missis more nobilium imponere et ligare ualeant. Præterea quæ: admodum non supra à nobis tributum est, alijs etiam immunitatibus privilegijs libertatibus, quæ ordini nobilium de iure uel consuetudine in regno ac ditionibus nris competit, ipsi quoq; tanquã ueri ac genuini nobiles de stirpe nobilitata: roq; sanguine ab auis, proauis, ac maioribus per directã line: am ex utroq; parente procreati gaudeant, utantur, fruantur, honores ac dignitates tum spirituales quam secularis, bene: ficia ac officia omnia et singula pari cum reliquis ueris regni nri nobilibus iure capere possint, eodemq; omninò iure ac conditione sint, qua alij nobiles sunt qui in regno nro sint optima. Quæ cum omnia singulaq; suprascripta ratifirmaq; esse volumus, mandantes uniuersis et singulis, ut Ffatim Nobilem Joannem Wiśniowski omnesq; legitime ab eo descendentes non modò pro ueris ac genuinis nobilibus recipiant, habeantq;, nobilitati eorum nullo facto uel dicto à quoquam derogetur, uerum benenolentia etiam ac honore eos prosequantur, ad honores contendentibus faueant, omniniq; alienæ uirtuti non inuidentes, unde sua profecta sit testentur. Quod ut omnes uirtutis amantes ac uerè nobiles etiam sine cohortatione nrã factiuos non dubitamus: ita si quis tamen existat cuiuscunq; status, conditionis, aut dignitatis is fuerit, qui in contumeliam Ffati Nobilis Joannis Wiśniowski, posterorum eius, autoritatisq; nrã Regiæ immunitionem, nobilitati eorum obtrectare, illis detrahere

dicto demigz factoué nel nobilitatem eorum nel existimati:
onem impugnare præsumeret, eam consuetis pœnis quas in di:
famantes nobilem virum regni statutæ sunt, nobis indicioz
ad quod à parte læsa citatus fuerit ipsigz parti læse sub:
iacere volumus, quamprimum quotiesgz pruti hoc privilegio
quod ad omnem probationem nobilitatis suffiere volumg,
nobilitatem suam, aut tenorem privilegij si eius forte copi:
am non habuerint, alijs idoneis mommentis in iure probauerint
docuerintgz. In quorum omniu fidem et euidentius testi:
monium hasce manu nra subscripsimus sigillogz maiestatis
nro communiri iussimus. Dat Warschauiæ in Conventione
regni nri generali die duodecima mensis Aprilis. Anno dni
Millesimo gringentesimo nonagesimo. Regni vero nri tertio.
Præsentibus Illmis Rndis Illbus Magnis Generosis et Venerabili:
bus Stanislao Karnkowski Gnesnen. Legato nato, et regni Pri:
mate. Joanne Demetrio Solikowski de Solki Leopolien dei
gra Archiepiscopis. Georgio Radiuilo S.R.E. Cardinali et Epi:
scopatus Vilnen. Andrea Bathoreo eiusdem S.R.E Cardinali
et Episcopatus Varmien perpetuis administratoribus Hieronimo à
Rozdrazow Wladislauien et Pomeranie. Bernardo Maziero:
wski Lucorien Alberto Baranowski &c ut supra.

Sigismundus Rex

Adamo Siroszewski novum privilegium nobilitationis in locum veteris amissi datur.

In nomine domini Amen. ad perpetuam rei quæ sequitur me: 2a.
moriam. Nos Sigismundus tertius Dei gra Rex Poloniæ &
Significamus &c Expositum nobis esse Nobilis Adami Sziro:
szewski nomine, accidisse non ita pridem infausto et infelici
quodam casu, ut literæ seu diploma D. Stephani Regis deces:
soris nri, quo ipse ob virtutem et facta ac conversationem

dignam uero nobili à Rege eodem in ordinem regni huius equestrem ascriptus, et prærogatiua nobilitatis ac insignibus quibus more cæterorum regni huius nobilium uteretur donatus, fuit, Eius autem diplomatis amissionem Senatoris unius Magni Joannis Ostrokonski Castellani Conarien: in Cuiauia, et alterius illius terræ Nobilis Petri Biernacki testimonijs coram Magno Michaële Sokolowski Brestē in Cuiauia Rogoznēnsi Capitaneo et eius officio Castren: factis illum probauisse, a quibus diserte et expressis uerbis attestatum fuit, hocipsum concessa illi nobilitatis Regis Stephani diploma oculis suis eos uidisse, cum subscriptione comemorati Sexti Regis et maiore regni sigillo, illudq; inspexisse ac legisse, et qua in eo continebantur optime meminisse, quòd nimirum Rex idem Stephanus, cum Senatu Regni in generali Torunen: Comentu ipsum prominatum Adamum Sirosewski ad interessionē frequentem consiliarioū suorum, ob illiusq; erga regnum atq; Rempub. benemerendi studium nobilem creauisset, eumq; iure et prærogatiuis quibus nobiles regni utuntur, uti et gaudere permisisset, quibus hoc modo atq; ratione ostensis et deductis, interpositam eius nomine fuisse ad nos supplicationem, ut secundum legum ac Statutorū regni de amissis et peditis literis ac priuilegijs præscriptum in locū amissi diplomatis illius, nouum aliud nostrum ipsi concederemus, benefiriumq; decessoris nostri eo ipso nouo diplomate nō faceremus, Quod quidem nos rei ipsius æquitate perspecta, utq; legibus ac Statutis regni ea de re editis satisfieret, non negandum nobis esse putauimus. Quod igitur Sext: decessorem nrum Regem Stephanum fecisse iam ante cognouimus ut Adamum Sirosewski ob uirtutem ipsius et dotes animi præclaras, obq; studium in benemerendo de patria sua ob materni generis nobilitatem ordini Equestri adscriberet, nobileq; crearet, et insignia illi quibus uteretur Rosam cum tribus uome-

ribus qui in Polonico kroie uocantur insigne Nobilium domus ac familiæ Szczyńskich, consentiente et ultrò eum in societatē stemmatis assumente Nobili Ioanne Szczyńskj conferret, hoc ipsum nos literis, ac diplomate isto nrō renouamus et cōfir: mamus, Adamumq; Sirosſewski, cum uniuersa ipsius posteri: tate sexus utriusq; nobilem regni nrī non tam creamus, cum iam ante creatus sit, quam ad futuri temporis memoriam his literis nris, in amissorum locum concessis declaramus, o: mnes immunitates, prærogatiuas, libertates, ac ornamenta, quibus Equestris ordinis homines in regno nrō potiuntur illi tribuentes. Quod quidem ius nobilitatis ut in eo sit illustri: us, insigne quoq; seu stemma à Sermo Rege Stephano, con: sentiente uti dictum est nobili Ioanne Szczynski, et eum in familiam suam atq; stemma Rolicziorum cooptante con: cessum renouamus et illi tribuimus Rosam nimirū cum tri: bus uomeribus uti dictum est, in campo rubeo cum superpo: sita corona et ex ea plumis pauonis prominentibus, uti co: muniter stemā Roliciorū pingitur, et pront forma ipsius in literis hisce artificis manu depicta est. Quod insigne seu stem: ma ipse Adamus Szczoszewski et ipsius posteritas in per: petuum retinebit, eoq; in signandis epistolis ac quibuscuis publicis et priuatis negotijs, scbrijs, uexillis, monumentis, ipse et posteritas eius utetur eo modo, quo insignibus suis alia regni nri nobilitas ac familiæ utuntur. Quod quidem uniuersis et singulis regni et subiectarum nobis ditionum ho: minibus ac cæteris quorum interest prntibus hisce demonstramus mandantes ut ipsum comemoratum Adamum Sirosſewski cū ipsius utriusq; sexus posteritate ab eo descendente pro uero et legittimo nobili reputent ac habeant, locū illi tanq; ue: ro nobili in omnibus actibus et congregationibus publicis et priuatis dent, armis atq; insignibus suis uti illum per: mittant, atq; adeò quæ uiris nobilibus equestris ordinis iure uel more et consuetudine regni huius recepta debentur et com:

petimt illi et posteritati eius tribuant. Id quod nos optimũ quenq3 pro officio suo et gratia nostra sponte sua factu: rum non dubitamus. Quod si quis eiusmodi fuerit qui ma: ligmitate aliqua adductus nobilitati ipsius detrahere au: sus fuerit, poenis contra detrahentes aliorum nobilitati legibus sancitis subiacebit. In quorum omnium fidem et euidentius testimonium hasce manu mra subscripsimus et sigillo regni maiori appenso muniri mandauimus. Datũ Warschouie in comitijs regni nri generali die decima men: sis Aprilis. Anno domini Millesimo quingentesimo nonage: simo. Regni uero nostri anno tertio. Presentibus vt supra Sigismundus Rex.

Consentit Rª Mtas Mgco Pala: tino Lublinen, ut de Prefectura Boleslavien Joanni Zebrzydowski fi: lio suo cedere possit.

Ex. Sigismundus tertius Dei gra Rex Polonie &c Significamus &c Ea esse Mgci Nicolai Zebrzydowski de Zebrzydowicze Palatini Lublinen et Generalis Cracovien Landscoronenq3 ac Bolesla: vien Capitanei erga Sr̃as nros antecessores nros nosq3 ipsos atq3 Reip. merita in continua plane militia, bellisq3 uarijs: ac in dome: sticis negocijs quoq3, et Senatorijs functionibus ab eo presti: ta, ut eam per se ampliſſima, et omni digna memoria haberi debeant, tum non immerito premiorum pro ipsis pars aliqua ad posteritatem quoq3 eius deriuanda sit. Ita enim et ipsius uirtutem factaq3 preclara honoratiora et illustriora ad se: quentis temporis memoriam mansura uidentur, si in posterita: te ipsius premia pro illis conspicientur, et posteritate ipsa hac ratione magis magisq3 ad segnenda maiorũ vestigia ex: citare posse existimamus. Quare cum hoec ita se habeant, atq3 ille Sr̃mi quondam Regis Stephani antecessoris nri con: cessione prefecturam seu tenutam Bolesdauiensem, partemq3 dimidiam oppidi Biala, cum his quae ad eam pertinent, nuper

à nobis sibi conc̃essam in Palatinatu Siradien̄ obtineat, ut om:
nibus istis bonis, tam vlgt Præfectura Boleslavien̄ quam par:
te dimidia villæ Biała, necnon molendino à successoribus No:
bilis olim Gizyzki redempto filio suo Joanni Zebrzydowski
ad quævis acta autentica cedere possit illi permiſimus et
potestatem fecimus, Quamquidem præfectur̃ seu Tenutã Bo:
leslavien̄ cum oppido villis prædijs ac omnibus in genere per:
tinentijs atq; fructibus, partemq; dimidiã villæ Biała cũ his
quæ ad illam pertinent: ac molendinũ superius comemoratũ
nos cessione eiusmodi interueniente prænominato Joanni Zebrzyd:
wskij in possessionem et usumfructum ad vitæ ipsius extrema
tempora concessimus, pntiumq; autoritate concedimus, hac ra:
tione ut quartam partem fructuum ex bonis istis Molendi:
no in suo statu et conditione conservato, Reipub. debitam
Ramam quotannis inferat, tres vero nobis debitus illi nostro
et Ser̃mis successorum nostrorum nomine quoad vixerit remit:
timus et condonamus. Promittẽd pro nobis et Ser̃mis itidẽ,
successoribus nris, eo vivente, non esse illum nos successores nros
à bonorũ istorum possone vllam ob causam necessitatem vẽ
aut nostrum aut publicam quantumuis grauissima amotu:
ros nec amouendi ptãtem cuiquã facturos aut permissu:
ros, verum conservaturos eum in tranquilla eorum vsu qua
diu vixerit. Juribus tñ nostris Regalibus salvis et inte:
gris nobis reservatis similiterq; Ecclesiasticis ijs quibus de:
bentur. In quorũ omniũ fidẽ Dat Varsoviæ in Con:
ventu gnali die ultima Decembr Anno dñi Millmo Cqin:
gentesimo nonagesimo. Regni vero nri Quarto.

Sigismundus Rex

Basilio Deszkowski militi, bona Zyrowicze in districtu Camenecensi sita, ad vitam conferuntur.

v. fol. Sigismundus tertius &c Significamus &c Cùm à Generoso Stanislao Zolkiewski Castellano Leopoliensi et Duce exercituum campestri Nobilem Basilium Deszkowski omnem ferè ætatem in militia contra Scythas consumpsisse, et per continuos fere viginti annos in finibus operam suam Reipub. navâsse cognovisse: nos diligenterej idem compertis Dux apud nos pro illo intercederet ut illius qui necdum de Repub et nobis ipsis optimè mereri cessat rationem haberemus, nos ut virorum militarium rationem à nobis haberi ostenderemus, illi bona Zijnowicze in districtu Camenecen sita, quæ à Nobili Mathia Garbowski inperviita functo possidebantur conferenda decrevisse quemadmodum quidem præsentibus hisce conferimus, damusq; et concedimus cum omnibus eorundem bonorum nostrorum pertinentijs et attinentijs, agris, cultis, incultis, sylvis, pratis, pascuis, piscinis, alvearijs, molendinis, omnibusq; in genere fructibus et emolumentis quibuscunq; ad illa spectantibus eo plane iure quo illa comemoratus Mathias Garbowski quondam tenuit et possedit, ad extrema illius vitæ tempora: hoc est, si in aliqua summa pecunia pro illis bona obligata fuerint; facimus eidem ipsi Basilio Deszkowski illa ab ijs quorum interest potestatem redimendi, sin verò nullis sumis fuerint onerata ea ex concessione ista nra ita possidendi, quemadmodum à Nobili Mathia Garbowski possidebantur, neq; eorum nomine quidquam thesauro nro debebit, verùm si quæ onera aut servitia præstari ex ijs antea solita fuerant, illa quoq; præstet. Promittimus aut pro nobis et Serenissimis successoribus nris, non esse nos successoresue nros eum ipsum Basilium Deszkowski quamdiu superstes fuerit bonorum Zirowioße possessione ac usufructu ullam ob causam necessitatem nra aut nostram aut publicam quamvis gravissimam privaturos, neq; alteri cuiquã privandi

vel illa actimendi aut redimendi facultatem concessuros. et permissuros; verùm conservaturos eum potius ad extremum intra terminum in earum pacifica possessione, Juribus nris Regalibus ac Reipub. et si qua ex illis bonis debentur oneribus salvis in ijs remanentibus. In quorum &c fidem nr Datt Warschaviæ die XII mensis Septembris. Anno dñi M.D.XCII.° Regni nri Quinto.

Sigismundus Rex

Nundinæ et forum septimanale in oppido Krusznicza instituuntur.

Sigismundus Tertius Dei grā Rex Poloniæ &c Significamus &c. &c Quia nos precibus nonnullorum regni nri Consiliariorum apud nos pro Oppidanis nris Krusnicensibus factis benignè annuendi, simulq; nolen ut oppidū illud Kruszwicza in terra Cuiavia et Palatinatu Brestensi consistens incrementa capiat, per quæ homines comodius vivere et rebus suis prodesse ad utilitatem Reipub. nræ, et ad augmentum hujus oppidi possint, atq; ut incolæ eius ad meliorem indies ordinem et conditionem deveniant et reducantur forum septimanale ac nundinas etiam singulis annis celebran in eo instituen esse duximus, uti jam ex eo tempore autoritate nra Regia diplomate hoc nostro instituimus atq; indicimus, forum nundinarum septimanale quolibet sabbato in hebdomada, nundinas verò quaternas singulis annis: Tempus itaq; primum nundinarum Dominica prima post Conductū Paschæ, alterum pro festo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, tertium ipso die translationis Sti Stanislai in autumno quartum et ultimum in festo Sti Clementis idq; annis singulis temporibus perpetuis et in æuum, Citra tamen præiudicium et detrimentum civitatum, oppidorum, in vicinia circaq; consistentiū, Ita quod omnes et singuli homines sexus utrius q

cuiuscuq̃ status et conditionis fuerint, ad hoc ipsum oppidum Krustwitza pro nundinis superius nominatis et forum septima-
nale temporibus constitutis commerire possint, comisa emendi
et uenitendi uel res pro rebus et merces pro meribus commu-
tandi, aliaq̃ quelis licita negociationis genera exercendi.
qui omnes tam in nundinas memoratas euntes quam inde re-
deuntes nostra et Ser^{mor} successorum nostrorum securitate et
patrocinio potiantur: nisi tales sint quos iura fouere non per-
mittat, et quibus proborum hominum consuetudo et consortia
merito sint deneganda. In cuius rei fidem et testimonium pre-
sentes manu nra subscriptas sigillo regni communiri mandaui-
mus. Dat. Varschouiæ in Comitijs regni generalibus die XIIII
mensis Septembris. Anno dñi M°. D°. XCII. Regni nri 2 gnto.
Sigismundus Rex

Datur facultas Nicolao Woliczki cedendi Christophoro filio suo de usu coquendi salis in Zuppis Kotovien

v.g. Sigismundus tertius &c. Significamus &c. Cum nobis supplicatum esset nomine Nobilis Nicolai Woliczki Vicezuppa-
rij Kotovien, ut illi licitum sit et integrum usu coquendi
salis quem in Zuppis nris Kotovien habet omniq̃ ad eu
iure suo Chrophoro filio suo cedere, nos, qui ob illius sin-
gularem fidem et operam, quam à puero ferè in Zuppis nris
prestare non desistit, tum quod aqua salsa quam uulgo
Surowicza nuncupant, quæ iam plane interierat ipsius indu-
stria labore ac sumptu non mediocri iterum inuenta, et in
rem nram ac comodum restituta dicatur facilem huic
supplicationi assensum præbuisse. Itaq̃ permittimus ei per-
mittimusq̃ præsentibus, ut omni usu coquendi salis, iureq̃ ad
eu suo quod à Gnoso Stanislao Herborth Castellano Le-
opolien̄si et Zuppario Russiæ, assentiente et approbante Ser^{mo}

Rege Stephano collatam habet, Christophoro filio suo act.
acta quatenus autentica cedere et condescendere possit, qua
cessione intervenient, nos eam sepius iam nominatā facultā:
tem coquendi salis cum omnibus ad eam spectantibus per:
tinentijs et attinentijs, modo tamē in literis Gnosi Herborth
descripto, et usu approbato exercendam damus et concedim
Promittentes pro nobis et Sēr^mis successoribus nris, non esse nos suc:
cessoresue nros, eum ipsum Chrpherum Woliczki pfata facul:
tate coquendi salis quamdiu in humanis extiterit, ullam ob
causam necessitatemue aut nostram aut publicā quantuis
grauissimam privaturos, aut cuiquam alteri potestatem con:
cessuros, verum conservaturos eum potius in dicto coquendi
salis usu, ad extremū illius vitae terminum finibus tū nris
Regalibus et Reipub. salvis permanēs. In quorū oīm fidē
Dat Warschauiā in Comentu regni gnali die xviij Septe:
bris. Anno domini M.°D.°xc°ii. Regni vero nri quinto.
Sigismundus Rex

Approbatio uenditionis molendini Porzecen cū adiuitalitate Mathie molitori dt.

Sigismundus tertius &c Significamus &c Quia nos ad interces: v.g.
sionem certorum Consiliariorum nostrorū pro Honesto Mathia
molendinatore Porzecen apud nos factā, venditionē inprimis
molendini Porzecen à Nobili quondam Petro Boreczki tem:
tario villā nrā Porzecze Pedkom. cuidā molendinatori socero
comemorati Mathie absq; voluntate et consensu predecessor
nostrorū factam approbauimus: ita tamen ut nullam sum:
te ac bonoru ipsius facturos aut permissuros, imo nec nos quidem ipsos iures-
soresue nostros eum ab illo ullo unquam tempore, quoad uixerit pro nostro ali-
quo, fisciue nostri aut Reipub. usu et necessitate quantumuis grauissima re-
tempturos. Verum conseruaturos eu in possessione ipsius ad extremu uite eius
terminum. Ille uero ratione eius concessa sibi aduitalitatis quartam
summa in bonis illis inscriptos nobis ac Reipub. condonare ac remittere tenebitur.
Juribus etiam nris regalibus ac Ecclesiarum Catholicaru integre conseruatis. In
quorum fidem presentes manu nra subscriptas regni sigillo muniri mandauimus.
Datu Warschauie in Conuentu regni generali die mensis Junij. Anno do-
mini M°. D°. XC°. iij°. Regni uero nostri anno sexto.

Sigismundus Rex.

Consensus edificaⁿ officinā pro conficiendis lateribus, ciuibus Noue ciuitatis Korczin datur.

Sigismundus tertius &c Significamus &c Cum intellexissemus constituisse Cues nros Rouca ciuitatis Korczin officinam seu edificia pro conficiendis et fingendis latericibus, fornacemq; seu fornaces pro excoquendis ijsdem aptas in fundo Ciuitatis proprijs sumptibus in usum publicum extruere, si modo in eam rem assensu nostru illis praeberemus. Nos quibus accessiones et comoda subditor nostror semper cordi sunt, hanc egregiam illorum voluntatem et optimi instituti non modo non impediendi, uerum omni etia fauore prosequendi esse duximus: maxime cum id non ad priuata tantum ciuiu, uerum publicam etiam ciuitatis et totius illius regionis utilitate cessuru sit. Quare fecimus comemoratis ciuibus nostris facimusq; pntibus lris nris potestatem, post fluuiu Nida penes hortum ad arcem nram spectantem, uel ubicunq; comodum fuerit in fundo Ciuitatis edificia eiusmodi ad fingendos et parandos lateres et fornaces ad excoquendu extruendi, argilam ex locis opportunis, citra tame praiudiciu priuatoru personaru ad eas comprehendi, lateres pro arbitrio diuendendi, pecuniaq; inde colligenda in rem et usum Ciuitatis publicum conuertendi. Quod omnibus quoru interest notum esse volumus, mandantes ne practictos Ciues in hac concessione nra impediat aut ullo modo sint molesti, pro gratia nostra. In cuius rei fidem hasce manu nra subscriptas regni sigillo comuniri iussimus. Date Warschauiae in Conuentu regni gnali die quarta Junij. Anno dni M°. D°. XC°. tertio. Regni uero nostri anno sexto.

Sigismundus Rex.

Sebestiani Laniza molendinatoris et Magdalenae Coniugum, in possessione molendini inferioris Brodna ad uitã conseruõ.

Ex.

Sigismundus iij^us &c Significamus &c Quia nos ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum nomine Honesti Sebestiani Laniza molendinatoris inferioris Brodna ad Capitaneatum Brodnicen spectan, apud nos interpositam, eum in pacifica possessione et usufructu molendini inferioris Brodna seu illius tertiã mensurae, et Magdalenam Coniugem ipsius relinquendos et conseruandos esse duximus, relinquimusq; et conseruamus pntibus lris nostris ad extrema utriusq; uel alterius eorum uitã tempora. Quocunquidem molendinu seu illius tertiã omnis frumenti mensuram cum omnibus pertinentijs, attinentijs, fructibus et emolumentis antiquitus ad illud spectantibus quemadmodu ab antecessoribus eorũ possidebatur et nunc à Coniugibus ijsdem possidetur, comemoratus Sebastianus Laniza et Magdalena Coniuges uterq; eorum insolidu ad ultimu uitae suae terminu

habebunt tenebunt et possidebunt. Promittimusq3 pro nobis et Sr̃is successoribus nostris non esse nos successoresue nostros eos ipsos Coninges illius possessione et usufructu ullam ob causam necessitatemue aut mam aut publicam quantumis grauissimam priuaturos uel illud ab ipsis redempturos, neq3 alteri cuiquã priuandi aut redimendi facultatem concessuros, verum conseruaturos potius eos in illius quiẽta possessione quamdiu uteriq3 superstes fuerit. Salvis tamẽ oneribq3 ad ariem mam Brodnicen debitis permanentibus. In quorũ omnium fidẽ hasce mas nu mra subscriptas regni sigillo communiri iussimus. Dat Warschauia in Conuentu regni gnali die octaua Junij. Anno dñi Millmo quingentesimo nonagesimo tertio. Regni vero nri anno sexto.

Sigismundus Rex.

Nobilitatio Zachariæ et Theodori Manikowski

Ex. In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sigismundus tertius Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus &c Si quidquam est rebus in humanis fructuosũ et utile imperijs atq3 Rebuspub., equestris nobilitatisq3 ordo est fructuosissimus et utilissimus. Vetus quippe dictum est Nobilitas est unica virtus, Virtuti porrò omnia cedunt, omnia parent, et obsequuntur. Quod ut ita sit, quæ publica res aut imperium nobilitate plurimum floret: ea et pacis ornamenta et belli præsidia firmissima habet. Quandoquidem unicæ virtuti nobilitas datur. Virtutis autem est in ardua tendere, honesta appetere, gloriæ, famæ, existimationiq3 seruire, neq3 solum præsentis ævi celebrem aliquem sermonem, sed consequẽ sæculorum immortalitatem spectare: seruitutem odisse, libertatem amare, animũ in periculis fortem, in bello robustũ, in aduersis constantem habere, potius mori per laudem, quàm per aliquod dedecus uinci paratum. Quocirca optimè sunt meriti de Rebuspub. ij principes, qui equestrem nobilitatis ordinem instituerũt, institutũ augent, et eius incolumitati perpetuitatiq3 quoad possunt consulunt. Hoc tam salubre ipsorum consilium nos etiam secuti, eiusdem ordinis frequentiã quantũ in nobis est augemus. Nihil enim tam fluxum est, quàm humana conditio: oriuntur summæ familiæ, florent, diteſcunt, longè lateq3 propagantur, rursus eædem extinguuntur,

praeter opinionem hominum, et penitus occiderunt. Ergo supplementis opus. Itaq;
cum in Comitijs praesentibus commendata habuissemus uirtutis praestantia Za-
chariæ et Theodori Mańkowskich, Kiliani Mańkowskj filiorum, legitimo pro-
creatorum thoro: facile nos in eam partem dedimus, ut eosdem in album nobili-
tatis equestris ordinis asscriberemus: id à nobis petente uiro bellicis laudibus do-
mesticisq; artibus florentissimo Illustri et Magnifico Joanne de Almoscze
Cancellario, et regni mri Generali Capitaneo, cuius et auctoritas plurimu nos cō-
mouit, et illud etiam non minimu momenti adiecit: quod et Aū einsmodi ha-
buerunt, qui sese militari arti denouerat, et uarijs praelijs cum rem bene gessisset
praelio Sokaliēn fortiter pugnans interijt. Sēr̄mo Sigismundo Augusto auunculo
nostro regnante, Quam sibi nobilitatem tanta dimicatione comparabat, eā Ne-
potibus faciliorem ad impetrandū reliquit. Parens preterea eandem serie qua-
dam continuata laudem prosequutus est: affuit et assiduā operam nauauit sub
idem tempus in uarijs Moschouiticis praelijs, et quidem cum laude, neq; degeneres
sibi procreauit liberos, Nam et aui sui militaris uiri, et patris einsdem gloriæ
aemuli memores ita se gerunt, ut digni sint quos ornamentis affiziamus ordi-
nis equestris. Spectata est saepius maioris fratris in arcendis Tartaricis incursi-
onibus in Podolia animi magnitudo, cui nihil non debetur ex ijs premijs, quæ
sunt maxima in rebus humanis, et à Regibus consueta sunt praeclara uirtuti
deferri. Proinde creamus illos et eorum posteritatem ueros et legitimos no-
biles regni promunciamus, et sigillatim et uniuersi omnibus pūtibus literis no-
stris significamus, largimur omnia nobilitatis ornamenta, iura, prerogatiuas
omnes, priuilegiaq; uniuersa concedimus. Insignia et arma domus et fami-
liæ seu generis Zelitorum impertimus, tres hastas in rubeo campo, uti hīc
depictum est, ac comu trium strucij pennarum, Generoso Jacobo Mierskj suā
in familiam illos adoptante. His et domi et foris, pace et militia perinde
utentur, ac uniuersus Equestris ordo regni mri uti consuerit. Quam munifice-
tiam mram Regiam praesentibus nostris literis declaramus omnibus et sin-
gulis magistratibus regni mri cuiuscuiq; status sint et conditionis, manda-
mus, ut eos deinceps pro neris et legitimis nobilibus habeat, tueant, et censeat,

haberi, duci, conferigq; faciant, poena detrahentibus illorum nobilitati in legibus regni nri descripta, proposita et subeunda. In quorum omnium fidem prntes manu nostra subscripsimus, et sigillo iussimus consignari. Datf Warschouia in Comitijs regni generalibus die octava mensis Junij. Anno domini Millesimo Quingentesimo nonagesimo tertio. Regni vero nostri anno sexto. Praesentibus Rmis Illustribus Rndis, Magnificis, Generosis, Venerabilibus, et Nobilibus. Stanislao Karnkowski Archiepiscopo Gnesnen, Legato nato, et regni nri Primate. Luca Koszielezky à Koszielecz Posnanien. Alberto Baranowsky Ploscen. Bernhardo Maciejowsky Luceorien. Laurentio Goslickj Premislien Episcopis. Janussio Duce in Ostrog Castellano Cracovien. Nicolao Fierlei de Dambrowicza Palatino Cracouiensi. Nouae ciuitatis Korczyn Casimirienq;. Hieronimo Gostomski de Lezenicze Posnanien Valen et Sreden. Georgio Mniszek de magna Kmachycze Sandomirien Sanocen Sokalien et Samborien. Stanislao Minsky Lancicien Constantino Constantinowicz Duce Ostrogia Kiiovien et Marschalco Volynia Joanne Splawsky de Targowa gorka Grodladislavien. Nicolao Zebrzidowsky de Zebrzidowicze Lublinen. Generali Cracovien. Landskoronen. Bolesla: vien. Stanislao Gostomsky de Lezenicze Ravien Radomienq;. Nicolao Dzialynsky Culmen Dratianenq;. Janusio Duce de Zbaras. Bracslavien. Cremenecen Pinscenq; Palatinis et Capitaneis. Stanislao Comite à Tarnow Sandomirien. Bussen Stobnicenq;. Joanne à Zborow Gnesnen Graudentinen. Odolanovienq;. Paulo Szczawinsky Lancicien Sac Reginae Mtis Aulae magistro. Stanislao Zolkiewsky Leopolien, exercituum campestri Praefecto. Rubieszovienq;. Stanislao Dzialynsky Elbingen. Georgio Konopacky Culmen Janusio de Koszielecz Miedzirecen. Andrea à Zborow Biecen. Andrea Zebrzidowsky de Wiezborg Sremen. Andrea Mezynsky Vielunen Brezmicen. Stanislao Kraskowsky Premislien Sac Reginalis Mtis Coniugis nrae charissimae Curiae magistro Lubomlien. Bolemovienq;. Andrea Czarnkowsky Naklen, Alberto Padniewsky Osviecimen et Diboven, Martino Mezynsky Visnen Castellanis et Capitaneis. Stanislao Radzivil Duce in Olyka et Nieswiez Magni ducatus Lituaniae Marschalco Joanne Zamoisky de Zamosczie Cancellario et Generali exercituum regni nri, Belsenq;. Alexandrowien

Krijszijnen Miedzirecen Derpaten Grodecen Jaworowien ꝛc Joanne Tarnowskj regni mri Vicecancellario Cracouien Wladislauien Proposito. Gabriele Woiꝛna Magni Ducatus Lituanie Vicecancellario. Joanne Fierlej de Dambrowicza regni mri Thesaurario Lublinenꝫ. Demetrio Haleczki, magni Ducatus Lituanie Thesaurario. Stanislao Krzijenskj Curie regni Marschalco. Petro Fijlieczkj Secretario maiori, Proposito Gnesnen Scholastico Lancicien, Cracouien ꝛc Canonico. Joanne Thoma Drohoiowskj à Drohoiow Capitaneo Premislien Referendarijs regni. Matheo Istrokenskj Cracouien Warschovienꝫ Canonico Simone Rudnickj Custode Gnesnen Vnieiowien Canonico. Laurentio Gembickj Stanislao Sieczinskj Proposito Pultowien. Georgio Bramieckj Premislien Canonico Secretarijs nostris, et alijs quamplurimis officialibus, Aulicis, et Nuncijs terrestribus ex omnibus terris et palatinatibus regni et Magni Ducatus Lithuanie ad presentia Comitia generalia congregatis.

Sigismundus Rex.

Lucas Razek Ciuis Posnanien de summa ẕzooflor, sibi in actis Castren Sandomirien inscripta Ittri Ducisa Sluensem censi condescendit.

s.u.

SIgismundus tertius ꝛc Significamus ꝛc Quod coram nobis et ad acta Cancellarie mre personaliter comparens Amatus Lucas Razek Ciuis Posnanensis, Recedendo iure iurisditioneꝫ sua ciuili Posnanien, aliaue quapia propria et competen, et se cum bonis omnibus successoribusꝫ suis iurisditioni Imperij nostra quo ad actum prntis inscriptionis incorporan et subjcien, sanus mente et corpore existens ultro libere palam publice et perexpresse recognouit. Quia de omni et integro iure suo vel de inscriptione Castren Capitaneali Sandomirien per Illustrem olim Simeonem Ducem Sluensem sibi super summam duorum millium et ducentorꝫ florenorum pecunia communis monete et numeri in regno curren certi debiti facta et recognita, degꝫ ea ipsa summa per prefatu, omnibusqꝫ eiusdem inscriptionis conditionibus clausulis et ligamentis in inscriptione prefata originali Castren Capitan Sandomirien contentis; eumqꝫ omni iure dominio et proprietate, nihil pro se et suis successoribus

reseruan̄ seu excipiendo. Illustri Zophia de Mielez Ducissa Sluczensi, relicta Conjugi eiusdem Illris olim Joannis Simeonis Ducis Sluczensis, et eius succes-soribus cessit et condescendit, atq; hoc ipsum ius suum una cum inscriptione originali sumaq;, et ligamentis in ea specificatis in toto in personam eiusdem Illris Zophia de Mielez Ducissa Sluczen transfudit et transtulit, transfu-ditq; et transfert pritibus perpetuò. Ita quod vigore presentis inscriptionis transfusoria habebit integram et absolutam potestatem eadem Illris Zophia et sui successores habebunt hoc ipsum debitum tanqua suum proprium repeten di atq; illud in usus suos pro suo arbitrio convertendi. Quamquidē recogni-tionem nos suscipi et in acta Cancellaria mrā inscribi mandavimus. decernen eandem robur et pondus suum iustu et debitum semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillū mūm presentibus est appressū. Actū et datum Warschaviæ in Conventione regni mri generali die nona mensis Junij. Anno do-mini Millmo Cyingentmo nonagesimo tertio. Regni verò mri anno sexto.

D. Illris et Mci Joannis de Zamoscie

Ioannes ab Ostroroq eidem Razek summam 3700. flor. recognoscit.

s.m.

Sigismundus tertius &c. Significamus &c. Quòd comparens personaliter coram nobis ad actaq; Cancellaria mrā Generosus Joannes ab Ostroroq Locillator Curiæ regni nri, Recedens à terris palatinatibus districtibus iurisditionibusq; suis quibuscunq; proprijs et competentibus, et se cum bonis omnibus successoribusq; suis iurisditioni huic nostræ quo ad actum presentis inscriptionis incorporan̄ et subjicien̄, sanus mente et corpore existens, ultrò liberè palam publicè et per expressum recognovit. Quia debet et tenetur Famato Luce Razek Civi Polnanien̄ eius-q; successoribus summam Trium millium et septingentorum florenorq; pecā mo-neta et numeri Polon̄ quemlibet triginta grossi computan̄ certi veri et liquidi de-biti. Quamquidem summam Trium millium et septingentorum flor pecā idem Generosus Joannes ab Ostroroq una cum suis successoribus obligavit et inscripsit præsentibusq; Illris mis obligat et inscribit super bonis suis omnibus hereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus memorato Luce Razek eiusq; successoribus pro die festo

Natiuitatis sancti Joannis Baptiſta in anno proximè ſequenti Millmo Quingente-
simo nonageſimo quarto celebran̄ dcturum ſoluturum, et ad acta Castren̄ Capitan̄
Poſnanien̄ realiter et in effectu repoſituruin̄ et numeraturum: ſub simili uadio Tri-
um millium et ſeptingentor̄ florenor̄ pecunia cōmis in caſu non ſolutionis debiti iſti-
us principalis ab ipso Joanne ab Ostrorog et illius ſucceſſoribus ad ſoluen̄ ſuorum
bendo. Pro quo uadio ad eundem modum ſuccubito, ſumaq; ipsa principalis debi-
ti, si idem Joannes ab Ostrorog se una cum ſucceſſoribus ſuis citare permiſerit ad
ſuditium vel offitium Castren̄ Poſnanien̄, tum recedēn̄ à foro iuriſditioneq; sua
propria et competenti coram illo ipso iudicio aut officio cui se iam exnuc in ea
cauſa cum ſucceſſoribus et bonis ſuis uniuerſis ſubjcit et incorporat, in primo citta-
tionis termino uti in peremptorio quem ipsemet quoq; sibi et ſuis ſucceſſoribus
in ea cauſa peremptorium facit, ſtare comparere; et pro uadio prefato ac ſum-
ma principali non persoluta satisfacere debet et tenebitur cū ſuis ſucceſſoribus.
Eum terminum primum peremptorium, et alios etiam terminos quosuis in ea
cauſa itidem semper peremptorios ſolutioneq; uadij sine uadior̄ non poterit neq;
debebit euadere aut ſaltim differre uera vel ſimplici infirmitatibus actione
pro maiori, ſuccеſſorum minoremitate, receptione ad quietationē, exceptionibus,
legalibus impedimentis, legatione intra vel extra regna, ſeruitio militari et alio
quouis tam nostro quam Reipub. Preterea motiones, appellationes, et earundem
per protestationes actittoneſq; proſequutiones nullas facien̄. proſcriptionibus quo-
que fatalijsq; iuris ac euaſionibus, poenis tūm Martoq; et triplici, in uniuerſumq;
omnibus beneficijs ac remedijs iuris quacunq; sive ex legibus publicis peti, sive arte
ingenio et industria humana inueniri et excogitari possint: quibus omnibus tam
in genere quam in ſpecie renunciatit et pntibus renunciat: seq; ijs minqua esse
usurum in ea cauſa submittit et obligat sub amissione eiusdē cauſe. Quamquid
recognitionem nos ratam et gratā habēn̄ suscipi et in acta Cancellarie nre in-
ſonbi mandauimus, decernentes eam robur et pondus ſuū iuſtū et debitū semp
obtinere debere. In cuius rei fidem sigillum nostrū pntibus est appreſsum. Actū
et datum Warſchauia in Comitijs regni mi gnalibus die nona menſis Junij. Anno
dni Millmo quingentesimo nonageſimo tertio. Regni vo mi anno seyto.

Rolo Albris et Algi Joannis de Zamoſcie

Ordinatio cum ciuibus Noux ciuitatis

Korczyn de mensuris brasei à molitione ad arcem tradendis.

1.5. Sigismundus tertius &c Significamus &c Delatum ad nos esse magistratus et uniuersa plebis Noue Ciuitatis Korczyn nomine multas sepè inter ipsos et priores capitaneos ac eum qui nunc capitaneatu illo potitur Magnificum Nicolaum Firley de Dambrowicza Palatinum Cracouien seu potius eius in capitaneatu Noue ciuitatis Korczyn officiales et procuratores controuersias de mensuris brasei in molendinis ratione molitionis tradendis intercessisse, cum uel maiores solito ab illis uel integrè à minore mensurarum brasei numero exigerentur. Factum postea fuisse ut ad pecuniariam solutionem mensura ista reduceretur, qua tri in re uariatu sepè fuisse ob assis oppidanorum molestia et incomodo ita ut plerisq eam ob rem à paranda et coquenda cerusia abstinerent, eaq res fructibus Capitaneatus magno esset detrimento. Cum enim triticum decemocto grossis in foro uenderetur oppidanos mensuras in molendino à viginti coris brasei uiginti duobus grossis redimere iussos fuisse. Vbi uerò tritici pretium creuisset, redimendarum quoq mensurarum modu fuisse auctum idq non sine multis dificultatibus et controuersijs oppidanorum cum officialibus arcis. Qua molestia ut oppidani se liberarent diligentissimè nobis libello supplici exhibito supplicarunt, ut certam aliquam ea in re rationem atq modum perpetuò daturum, uel cum aliquo etiã non magno tributo damno constitueremus et proscriberemus: Quæ sanè ipsorum supplicatio et ab equitate ipsa et à nostris cõmodis et ipsorum etiã rationibus non aliena nobis est uisa; Quare diligenter toto hoc negocio examinato, et accepta ab ijs giuibus rationes capitaneatus illius et negociorum eiusmodi optimè sunt cognita informatione, cum animaduerteremus magno cum capitaneatus cõmodo factitatum illud fuisse, ut cum triticum decemocto grossis in foro uenderetur, à uiginti coris seu mensuris brasei uiginti duo grossi mensuræ nomine soluerentur omninò, etiamsi forte precium tritici ad integrum florenũ hoc est ad grossos triginta et amplius peruenisset, nullo cui incomodo imo maxima cum utilitate nostra et Capitaneatus illius futurũ nobis persuademus si mensura à coris

viginti triginta sex grossis rectimantur, rarissime autem ac non nisi cum fruges permissione diuina male in campis prouenirent ad integrum florenũ triticum illius
praesertim generis quo ad parandam cerusiam utuntur peruenire certum est. Itaq;
recte et cum commodo nro factum nos existimamus si hanc mensurarum solutionem triginta et sex grossorum a coris brasei viginti in perpetuũ constitueremus
et praescriberemus. Nam etiamsi forte aliquando tritici precium ultra florenũ excreseret, tamen cũ frequentius etiam decrescere possit, facile omnium omnia
tate nra statuimus et ordinamus, ut cives seu oppidani Nouae ciuitatis Korcyn
cerusiam coquentes et parantes a brasei coris quibus illud oppidum utitur viginti ratione mensurae quae in molendinis ad arcem pro nobis a Capitaneis seu eorum officialibus et procuratoribus exigitur quocunq; precio tritici uendatur, sine magno sine paruo, non plus neq; minus etiã quam triginta sex grossos Polonicos praesenti et parata pecunia numerent et soluant. Quam ordinationem perpetuam esse uolumus, et tam a ciuibus seu oppidanis quam a Capitaneis Nouae ciuitatis Korcyn sancte et inuiolabiliter obseruari debere decreuimus. Quod omnibus quorũ interest, maxime uero Magco Nicolao Fierley de Dambrowicza Palatino Cracouien moderno Capto et alijs pro tempore existentibus Capitaneis nris Nouae ciuitatis Korcyn notũ esse uolumus, mandantes ut praefatos ciues iuxta hanc nostram ordinationem conseruent, conseruariq; ab omnibus curent. pro gratia nostra. In quorum &c
Datũ Warsouiae in Comitijs regni generali nona die mensis Junij. Anno dñi Millmo, Quingentesimo, nonagesimo, tertio. Regni uero nostri sexto.
Sigismundus Rex.

Libertatio ciuium Chelmen à pecuniis poduodarij dictis, et ab equis pro poduodis subministrandis ad decennium

v.p.

Sigismundus tertius &c Significamus &c Propositum fuisse in hoc generali regni Comitijs Warsouiensi a Legatis seu Nuntijs terrae Chelmen in collegio

legatorum seu Nunciorum omniũ terrarum et palatinatuum regni et Magni Ducatus Lituanie, collegum uero totius nomine, apud nos et Senatum uniuersum, Ciuitatem Chelmensem in Russia qua hostium incursionibus exposita esset, et in qua hoste ingruente Nobilitas coniuges ac liberos facultatesq; suas deponere, ut inimitasq; omnis refugium habere deberet, amissis non ita pridem fortuito ignis incendio quas habebat munitionibus atq; muris ligneis, plane nunc inermia esse, ac non modo refugia uicinis hominibus incursus hostium tempore nulla esse posse, verum ipsa quoq; preda ac direptioni et deuastationi patere. Neq; porro ob egestatem ad construendas aliquas munitiones illam seu ciues ac incolas illius sufficere posse, nisi benignitate et clementia nra illis subueniatur, et publico aliquo onere leuentur. Maxime uero si pecunia quam poduodurũ nomine ad thesaurũ nostrũ inferre consueuerunt, et onere subministrandorũ nostris Cubicularijs ac Internuntijs, equorũ ad aliquod tempus liberentur. Qua res cum apud nos in omniũ statuum presentia esset proposita, eiusmodi sane uisa est qua magna equitatem, ac publica illius territorij utilitatem in se complecteretur; nobis uero non magnũ incommodum esset allatura. Nam quod equorũ Cubicularijs et Nuntijs nris subministratorum onus attinet, illud ab alijs uicinis oppidis sine graui illorũ incomodo posse interea sustineri. pecunia uero non multũ thesauro nostro ai non adeo magna sit decessurum. Consultũ igr quam maxime et oppidi et territorij illius hominibus esse cupientes, Nuntijs terre Chelmen, et cum illis reliquarũ etiã terrarum ac palatinatuũ Nuntijs petentibus, senatuq; assentiente Ciuitati Chelmensi, inferenda ad thesaurum nostrũ poduodarum nomine pecunia, et subministrandorum equorũ Cubicularijs et Nuntijs nris omus ad decenniũ à datis presentium computandũ remittimus et condonamus, hac lege et conditione, ut ciues seu oppidani oneris istius utriusq; loco aliquid etiam de suo addentes, munitiones seu murũ lapideum uel lateritiũ quo oppidũ cingatur instituere, et extruere teneantur. Quod ut rectius fiat, negocium dedimus Generosis Nicolao Obrowiczky Capitaneo, et Paulo Orzechowsky Succamerario Chelmensibus, ut illi ciuibus seu oppidanis ijsdem, et rationem instituendi operis demonstrent, et quantum anno quolibet muri et munitionũ extruendũ et constituendũ ab illis sit prescribant. Quicquid uero de hac re constitutũ

ab illis fuerit, id Ciues seu oppidani sub poena Centum Marcarum fisco nostro luenda quotannis complere et perficere teneantur. hoc tamen adiecto, si ob aliqua impedimenta uno anno id quod præscriptum illis erit explere non poterint, sequenti expleant. Porrò in equis etiam Cubicularijs ac Nuntijs nris subministrandis obseruetur, et oppida uicina hoc onere ultra modum non prægrauentur; constituimus ut ad oppidum Sokal, inde porro Hrodlam, Hrodla Lubomliam, ac inde Brestiam et uicissim Brestia eadem ratione et eodem itinere equi mandato nostro Cubicularijs et Nuntijs hoc decennio subministrentur et concedantur. Chelma uerò ab eo onere sit libera et immunis. Quod ad omnium quorum interest, maximè uerò Magnifici Joannis Firlej de Dambrowicza Thesaurarij regni et Capitanei Lublinensis ac Thesauri officialium ac Notariorum notitiam deducimus, mandantes ne contra hanc concessionem et libertationem nostram à ciuibus memoratis pecunias poduodarum ad decennium exigant, uel illis eo nomine molestias aliquas fieri permittant. Nuntijs etiam et Cubicularijs nris mandamus, ne hoc temporis spacio, intra decennium minimè equos subreditios à ciuibus Chelmensibus petant uel exigant pro gratia nostra. In quorum omnium fidem hasce manu nostra subscriptas regni sigillo cõmuniri mandauimus. Datæ Warschauiæ in Comentu regni generali die decima mensis Julij. Anno domini M° D° XCIIJ° Regni uero nostri sexto.

Sigismundus Rex.

Ioachimo Oczieski Capitaneo Olsti nensi, donantur ad uitam prouentus Regii, de Capitaneatu eodem dari soliti. vtp.

Sigismundus tertius &c. Significamus &c. Multis rebus multisq; argumentis Generosum Joachimum de Oczieszyno Capitaneũ Olstinẽsem fidum exoga rem hanc publicam animum et exoga nos antecessoresq; nostros studium ostendisse, et declarasse, nobis autem usq; aliquam aut nullam potius hactenus contestanda exoga eum gratiæ et clementiæ nostræ occasionem datam fuisse. Experti sane sumus ipsius exoga nos tum exoga cõmunem salutem in suenda nra electione

titerint, vel alter eorum extiterit, conseruaturos. Cum verò Summæ seu Summarum in bonis illis, pertinen adhuc ad magnum Ducatum Lituania Podlasiæ, inscriptarum diuersa sit ratio à Summis antiquis in bonis Polonicis inscriptis, ac de eiusmodi Summis peculiariter in priuilegio restitutionis Podlachiæ sit cautum, nihil diminutionis partis illarum alicuius aduitalitatis nomine, uti antea marito Gnoso Paulo Orzechowsky, ita nunc Coniugi ipsius insuper onus, ad quod ex legum præscripto non teneatur, impositum esse nolumus. Iuribus tamen nris Regalibus et Ecclesiarum Catholicarum in bonis illis salvis et integris conseruatis. In cuius rei fidem &c Datum Warschouiæ in Comentu regni anno Die decima mensis Junij. Anno domini M°.D°.XCIIII°. Regni uero nostri sexto.

Sigismundus Rex.

Conseruantur ad uitam in possessione tenutæ Hamerstin & Baldenburg Gnosi Michaël Konarski et Dorothea de Rembowo Coniuges.

Ex. Sigismundus tertius &c Significamus præsentibus litere quorum interest universis et singulis. Cum superioribus annis Dñe memorie decessor noster Stephanus Rex Capitaneatum Hamerstinensem et Baldenburg Gnoso Michaëli Konarsky ex libera matris eius resignatione ob egregiam in obsidione Pleschovien nouatam ab eodem operam, ad eiusdem Gnosi Michaelis Konarsky et postea etiam uxoris ipsius Gnosæ Dorothea de Rembowo extrema uita tempora contulisset donasset; ac uero nunc in præsentibus regni huius nri Comitijs, ut in eadem ad uitalitate nos quoq; comemoratos Coniuges conseruare, eandemq; nostra etiam autoritate renouare illis uellemus, diligenter per certos Consiliarios nros petitum à nobis fuisset, non inuiti hoc iam iuri ipsi, tum comemorati Konarsky meritis, tum uero Consiliarior etiam quorundam nostrorum, pro illis intercedentius precibus tribuimus, confirmamusq; pro eo, et conseruamus in ea comemoratos Coniuges præsentibus

hisce adeoq; supra commemoratam tenutam Hamerstein et Baldenburg, cū
omnibus eius reditibus, censibus uillis, colonis, operisq; eorundem, agris, syluis,
molendinis, piscationibus uenationibus, omnibus denicq; in uniuersum pertinen-
tijs et attinentijs, utilitatibus et cōmodis quocunq; nomine appellentur, quę
uel nunc in bonis ijs sunt, uel postea cuiusq; industria instituj in eis pote-
runt, nullis penitus exceptis, nec pro nobis seremissimisq; successoribus nostris
uel quocunq; alio reseruatis, ijsdem Coniugibus Gnōsis Michaëli Konarskj
et Dorothea de Rembowo ad extrema uitae utriusq; eorum tempora insoli-
dum quiete et pacifice ab utroq; eorum possidenda, renouamus, denuo
conferimus, damus et donamus, Promittentes uerbo nro Regio pro nobis ac
Sermis successoribus nris Regibus Polonie, quoad alterutrius p̄fatorum Con-
iugum uita duraverit, quacunq; etiam uel graui necessitate nra et succes-
sorum nostrorum aut Reipub. postulante, negs nos tamen successoresq; nros
bonis supracōmemoratis p̄fatos Coniuges aut alterutrū eorum uel in toto
uel in parte, pertinentijsq; aliquibus moturos, aut ab alijs eos amoueri, a-
dimiue ea Illis passuros. Iuribus nris Regalibus et Reipub. saluis in ijs
manētibus. In quorum omnium fidem et euidentius testimoniū hasce mānra
subscripsimus, sigillogq; regni nri muniri mandauimus. Dat Warschauię
die Xa mensis Maij. Anno domini M°D°XCIIJ. Regnorum nrorum sexto.
Sigismundus Rex.

Nobilitatio Casparis et Mathei Kwothorum

Ex.

IN nomine domini Amen. Ad perpetuam eius rei quod sequitur memoriam.
Nos SIgismundus tertius Dei gratia Rex Polonie &c Significamus &c Si quis-
quam est rebus in humanis fructuosum et vtile Imperijs atq; Rebus publicis
Equestris nobilitatisq; ordo est fructuosissimus et utilissimus. Vetus quippe di-
ctum est: Nobilitatis est unica uirtus. Virtuti porro omnia cedunt, omnia pa-
rent et obsequuntur. Quod quidem cum ita sit, quę publica res aut impe-
rium nobilitate plurimū floret, ea et pacis ornamenta et belli p̄sidia
firmissima habet. Quandoquidem unica uirtuti nobilitas datur, Virtutis

autem est in ardua tendere, honesta appetere, gloria, famæ, existimationiq3 seruire, neq3 solum præsentis aui celebrem aliquem sermonem, sed consequentium sæculorum imortalitatem spectare, animum in periculis fortem, in bello robustum, in aduersis constantem habere, potius mori per laudem, quàm per aliquod dedecus uinci paratum. Quocirca optimè sunt meriti ij principes de Repub.ca qui equestrem nobilitatis ordinem instituerunt, institutum augent, et eius incolumitati perpetuitatiq3 quoad possunt consulunt. Hoc tam salubre ipsorum consilium nos etiã sequuti eiusdem ordinis frequentiam quantũ in nobis est augemus. Nihil enim tam fluxum est quàm humana conditio, oriuntur fumæ familiæ, florent, dilabuntur, longè lateq3 propagantur, rursus eadem extinguuntur præter opinionem hominum et penitus occidunt. Ergo supplementis opus. Itaq3 cum Comitijs præsentibus comendatam habuissemus uirtutis præstantiam Casparis et Matthei Kwothorum fratrum Erasmi quondam Kwothi ciuis Bidgostiensis, et Catherinæ Czieska filiorum legittimo prognatorum thoro facile nos in eam partem dedimus, ut eosdem in album nobilitatis equestris ordinis ascriberemus, id à nobis petentibus Consiliarijs meis quibusdam, ad quorũ petitionem cũ illud etiam accessisset quod fratres comemorati auum eiusmodi habuerint, qui tantã doctrinã laudem apud omnes sibi pepererat ut primum Cracouiæ in ipso ferè iuuentutis flore in Doctorem utriusq3 iuris promotus, deinde Bidgostiam ob celebritatem illius nominis euocatus, omnes in ea Ciuitate dignitatis gradus breui temporis interuallo cum summa omniũ approbatione ita percurrerat, ut nõ parua dexteritatis et integritatis suæ apud posteros monimenta relinqueret. Erasmus uero filius quem ex Kwothowna fœmina honesta suscepit, à prima adolescentia literis et artibus liberalibus, quantũ ei ad reliquã uitam optimè transigendam sufficeret, exactus, quum instinctu parentũ suorũ, quos semper unicè coluit, et amauit, in quorundã uirorum præstantiũ Ecclesiastici et sæcularis ordinis, maximè verò Hosij piæ memoriæ Episcopi Varmiens. ministerijs uersatus esset, magnam sibi industria et probitate laudem apud omnes comparauit, ut et dominis quibus ab obsequijs fuit gratũ, domesticis charum, externis iucundum se præberet. Re deinde familiari sua optimè constituta, ita postea uixit, ut si cætera nataliũ ornamenta illi deessent, uel ob eius saltem institutam uiuendi rationem probatissima, in ordinem

Nobilium merito redigi deberet. Sed quam sibi nobilitatem tantis uirtutibus com-
parabat, eam filijs faciliorem ad impetrandum reliquit. Non enim degeneres sibi
ex Catherina Czesska femina cum nobili tum optima quam ob singulares ani-
mi dotes in matrimonium non difficulter obtinuit, procreauit liberos. Nam et eii
sui uiri magni consilij et patris gloriæ et uirtutu memores ita se gerunt, ut digni
uideantur, qui ornamentis ordinis etiã equestris affiiciantur: Spectantur enim
in utroq; non parua ad omnem uirtutem iacta fundamenta, non contemnenda do-
mina probitatis, honestatis, et magnitudinis animi argumenta, quibus nihil non
debetur ex ijs premijs, quæ sunt maxima in rebus humanis, et a Legibus consueta
sunt præclara uirtuti deferri. Quod cum ita sit, atq; Egnosus Adauctus
Smerszynskij Palatinides Gumiwladislauien uir clara et nobili familia natus,
multisq; ornatus uirtutibus, fratres comemoratos ob eorũ uirtutem meresq; et do-
tes dignas uiris nobilibus in familiã suam et cõmunionem armorũ seu insignium
ultro recognitione etiam peculiari ad acta Cancellariæ nrã eo nomine facta su-
scepisset. Nos quoq; fratres eosdem Casparum et Mathei ijs quæ iam superius
commemorata consis adducti, consensu Senatorum in hoc generali regni comiti-
tu Varschauien accedente, nobiles regni istius creamus dicimus et pronuncia-
mus. Dantes et concedẽ eis ordinem istũ equestrem eo iure ijsq; legibus qui-
bus is in Poloniæ regno uiris optime de Reipub. meritis conferri solet, cui omni-
bus nimirum libertatibus, prærogatiuis, et beneficijs ordini equestri seruientibus.
Cuius quidem nobilitatis suæ insigne seu stemma gerent hoc ipsum in cuius
cõmunionem ac usum spectata illorum uirtutis ergo à Generoso, uti dicti est,
Adauctio Smerszynski Palatinide Gniwladislauien admissi et susceptι sunt, insigne
nimirum quod cõmuniter Grzymała nucupatur, tres habens turres rubeas in campo
aureι coloris, cum porta inferius aperta ac in ea uiro armato stante, super turres autẽ
galea erit coronata. Loco uerò trium turrium et caudæ pauonis quos stemma quod
grzymała uocatur supra galeam gerit, illi concessione et beneficio nrõ tres struthionis
pennas habebunt, in eoq; stemma ipsorũ à stemmate Grzymała erit diuersum, id qđ
exactius memoriæ causa in his depictũ est. Insuper in locum prioris cognominis, quo
eorum maiores et ipsi quoq; usi sunt, nouum illis à uilla eiusd Palatinidis Sze-
wo nuapatæ mutuatum Szewski imponimus, tribuimus, et conferimus. Quibusq;
insignijs seu stemmate et cognomine cum omni sua posteritate ab eis descensura se-
xus utriusq; publicè et priuatim in omnibus suis negocijs, in signandis nimirum et

subscribendis epistolis, chirographis, contractibus, edificijs, uexillis, et id genus alijs honestis actionibus, quemadmodum reliqua regni nostri nobilitas familiæq; nobiles suis insignijs et cognominibus utuntur. Quod omnibus et singulis regni mri hominibus cuiuscuiq; status conditionis et dignitatis fuerint notum esse uolumus, mandantes ut eosdem nobiles Casparum et Mathæi Legewskie posterosq; eorum proueris et legitimis nobilibus regni mri ducant, et unicuiq; nobili parem iure, parem gradu, parem libertate et prerogatiuis à nobis effectos habeant aut reputent et censeant. Neq; quisquam Nobilitatem eorum imminuendam, aut ullo siniſtro modo sygillandam licere sibi existimet, sub pœna legibus regni nostri contra detractores aliorum nobilitati sancita. In quorum omnium fidem hasce manu nostra subscriptas regni sigillo communiri mandauimus. Datæ Warschauiæ in Comentu regni generali die undecima mensis Junij. Anno domini Millesimo Quingentesimo nonagesimo tertio. Regni uero mri sexto. Præsentibus ut supra. Sigismundus Rex.

Exemptio à iurisdictione ciuili Sandomiriensi bonorum omnium Ioannis Mileiowski, & Mathei Meczina, atq; Magdalenæ Coniugis eius.

v.g. Sigismundus tertius &c. Significamus &c. Quia nos ad intercessionem nonnullorq; regni nostri Consiliariorum pro Nobilibus Magdalena relicta Nobilis olim Martini Mileiowski Vicesapitanei Lublinen, nunc uero Consorte Nobilis Mathei Mezgina, et Joannis Mileiowski filio predicti olim Vicesapitanei Lublinen, tum et pro memorato Matheo Mezgina apud nos facta, eos ex speciali gratia nostra cum ædibus eorum muratis in circulo Ciuitatis nræ Sandomirien. inter ædes hæredum Nobilis Stanislai Kagorski ex una, et Nobilis Luca, Joannis, et Zachariæ Serwich ex altera partibus sitas, necnon domo eiusdem Mathei Mezgina hæreditaria, penes Ecclesiam sancti Petri, aliisq; bonis ipsorum extra muros ciuitatis eiusdem Sandomirien videlicet prædij Klotnicki, Moszginski appellati, ipsorum Magdalenæ et Joannis Mileiowski, atq; bonis seu sortibus antiquitus Gaczkowiecz dictis, nunc uero Wyśiadłow et Oginek nuncupatis præfati Matheus Mezgina et Magdalena Coniuges ac Joannes Mileiowski iure obligationis possident, à iure et iurisdictione ciuili Sandomirien eximen et absolven. eiusq; et iurisdictioni Castren Sandomirien incorporan et adscriben esse duximus; uti

quidem incorporamus et adscribimus prntibus literis nostris, cum ipsorum incolis et domorū inhabitatoribus, ita quod ipsi Magdalena et Matheus Megzina Comiges, necnō et Jo: ames Mileiowsky occasione quarumcūq causarum et minutarum citati coram nullo alio iudicio uel officio quam Castren Sandomirien Judicio respondere teneātur et erūt adstricti, idq ad extremā ipsorum seu cuiuslt eorum uita tempora. Quod quidē ad omnium et singulorum officialiū Castren, tum et magistratus ciuilis Sandomirien alioriq quorū interest notitiam deducimus, mandantes, ut memoratum Mathen Megzina et Magdalenam Cominges, et Joannem Mileiowsky, in superius recensita li: bertate et prerogatiua inuiolabiliter conseruent, ab alijsq conseruari curent, nulla: quē amplius in eos bonaq eorum suprospecificata, atq incolas inhabitatoresue eorū: dem bonorū iurisdictionē quouis modo usurpent. pro gratia nostra. In cuius rei fidem presentes hasce manu mra subscripsimus et sigillo regni mri communiri iussimus. Datū Warschauia in Comitijs regni mri generalibus decima mensis Junij. Anno domini M°. D°. XCIII°. Regni uero nostri anno sexto.

Sigismundus Rex.

M. Ioanni Leśniowolski Castellano Czernen. datur nouum priuilegium in locum prioris incendio absumpti, super Capitaneatū Pernauien.

v.p.

Sigismundus &c. Significamus &c. Exposuisse nobis non sine dolore quodam animi generosum Joannem Lesniowolsky de Oborij Castellanū Czernen Capitaneū Branscen Pernavienq, accidisse non ita pridem casu infausto, ut domus seu curia sua in villa patrimonij sui Lesnawola exorto fortuito incendio subito conflagraret, eoq incendio ut plurimas res alias, ita diploma quoq seu priuilegiū quo Pernavien Capitanea: tus cum ipsius arce uillisq ac territorio et portorio, ac prouentu ex traiectu fluuij omnibusq in genere attinentijs immunis à quauis solutione sibi à S.E.tē olim Rege Stephano antecessore nostro concessis fuerat, absumptū esse; Ostendisse autem illū no: bis in comprobationem casus istius infausti, protestationem secundum legum ac Statutoq re: gni prescriptum de amisso per incendium eo ipso priuilegio à se coram actis Castren Cger: nensibus facta, simulq supplicauisse, ut pro clementia mra legumq regni istius qua in eiusmodi rebus uarijs humanis casibus prospectum esse uoluerunt aequitatem seguti, nouo diplomate in eius quod incendio perisset locum concesso sibi subueniremus, offerens etiam sese quā ad nos de priuilegij eiusdem amissione seu conflagra:

tione detuliſset, proprio uti legibus conſtitutũ eſt iuramento confirmatum. Nos uerò re tota diligenter examinata, iuramento imprimis illi tanquam uiro Senatorio, et quod alia ea in re testimonia non deeſſent remiſso, ad ea quæ priuilegio continebantur cognoſcenda et examinanda deſcendimus. Quæ quidem in re uel unicum ſolum Magri Joannis de Zamoſcie ſupremi regni Cancellarij et Gnalis exercituũ Belſenſis Ruthenæ, Podolien, Kriſzijnen, Grodecen ac Zaworowien Capitanei teſtimonium ſufficientiſſime nobis ſatisfecit, ab illo enim arcem eam cum omnibus attinentijs quam primũ à Moſchis illam cum reliqua Liuonia recuperaſſet, fidei eiuſdem Generoſi Joannis Zeſnowolſkij commiſſa et traditam fuiſſe, ab illo conceſſionem ipſius quoad uiueret à Sermo Rege Stephano impetratam, ab illo demũ tanquã Cancellario hocipſo quod perijſſet diploma ei traditum cognouimus, Immunem porro et absq; ulla ſoluendi aliquid ex eo conditione conceſſum ei fuiſſe cum teſtimonia pleraq; tum uſus plusquã decem annos oſtendebat. Neque enim toto hoc postquam in manus ipſius Capitaneatus iſte peruenijſſet tempore quidquã ab eo nomine prouentuũ ac reditũ ipſi exactum et repetitum fuiſſe certo conſtat. Quæ cum ita ſe haberent, resq; tota plana et perſpicua eſſet, quod uidelicet et conceſſum habuiſſet ad uitæ tempora extrema cum omnibus fructibus Capitaneatũ illum, et ad nullã nomine prouentuũ ipſius ſolutionem obligatus fuiſſet. Nos omnibus iſtis circumſtantijs diligenter cognitis legum ac Statutorũ regni de amiſſis priuilegijs ſententiam ſeguuti: hoc nouum priuilegium eidem Generoſo Joanni Zesnowolſkij de Oborij Caſtellano Czerneñ in locum incentiuo aſſumpti conceſſimus concedimus, que, quo illum ipſũ Pernavien Capitaneatu cum arce ac territorio prædijsq; uillis pagis rusticorum familijs, ſyluis, lacubus, pratis, paſcuis, molendinis, piſcationibus, necno portorij ac traiectus prouentu, omnibusq; adeò ac ſingulis pertinentijs, fructibusq; et emolumentis nullis exceptis, uti hactenus ab eo poſeſſus fuit, et nũc possidetur, deinceps quoq; ad extremũ usq; uitæ terminũ possidendum ipſi priſtinæ Regis Stephani conceſſionem innouantes concedimus, et ea quidem conditione, ut quemadmodũ hactenus nomine prouentuum ipſius uel portorij ac traiectus nihil ad theſaurũ aut Poloniã aut Lituanicum ſoluebat; ita et in poſterum ad nullũ etiã nomine ipſius et prouentuũ eorumq; ſolutionẽ teneatur. Arcem tantum ipſa ac ædificia ipſius ſarta atq; tecta conſeruabit, et munitiones quoad fieri poterit augebit. Promittimusq; pro nobis et ſermis ſucceſſoribus noſtris quoad ille uixerit, non eſſe eum nos ſucceſſoresq; noſtros ullam ob cauſam neceſſitatemue aut noſtram aut publicam poſeſſione eius Capitaneatus moturos, aut quidquam ex prouentibus ipſius ei adempturos, nullig; hominum poteſtatem eius rei permiſsuros, uerum conſeruaturos eũ in quieta ipſius poſeſſione quoad uixerit. Iuribus tamen noſtris Regalibus ac Reipub.

saluis in eo conseruetis. In quorum omnium fidem. prntes. literas manu nostra subscripsimus et sigilla regia ac magni Ducatus Lituanie adiungi mandauimus. Date Warsouie in Conuentu regali Warschauien die XII mensis Junij. Anno domini Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio. Regni uero nostri sexto.

Sigismundus Rex.

Depositorium salis et plumbi in oppido Nowy-targ instituitur.

v.g.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum expositu nobis esset nomine Fa-
mulorum Proconsulis. Consulu, totiusq; communitatis oppidi nostri Neofori uulgo Nowy-
targ dicti, in eiusmodi loco et tractu uersus Austriam a Cracouia esse situm, ubi sine detri-
mento et incomodo uicinarum Ciuitatu et oppidorum Emporiu sive Depositorium salis et
plumbi institui opportune possit; supplicatumq; esset nobis per nonnullos Consiliarios ve-
stri nostri pro predictis oppidanis nostris, ut tali oblata occasione, ipsorum comoditati be-
gne prospicere dignaremur: Nos eiusmodi supplicationi benigne annuen, cupientes ut oppi-
dum illud nostrum incrementa capere possit, et ad meliorem indies conditionem deueniat,
Depositum salis quod ex Zuppis Wielicien, et plumbi quod ex fodinis Olkuscien uersus
Kremnicia, Szaowiciam, Bystricam, aliasq; uicinas eiusdem tractus Ciuitates uectores ist-
hac iter facientes euehere consueuerunt, in eodem oppido Nowytarg instituen duximus, institu-
imusq; presentibus literis nostris. (quantu id sine detrimento et damno aliorum Ciuitatum et
oppidorum uicinorum fieri potest.) Cuius ea erit ratio, ut uectores et mercatores pro eme-
to sale et plumbo per oppidu Nowytarg euntes, ex eorum depositorio sal et plumbu iusto pre-
cio percipiant, neq; ab ipsis oppidanis plus aquo Vectores et mercatores grauari uolumus. Oppi-
dani uero predicti copiam salis et plumbi in hoc suo Emporio habere debebunt, in cuius
defectu uectoribus et mercatoribus ultra oppidum Nowytarg licitum erit quo uoluerint
libere proficisci. Quodquidem Emporium sive depositorium predictis oppidanis nostris No-
uoforen modo supraexpresso ex speciali gratia nostra Regia concessum, ab omnibus quo-
interest perpetuis temporibus obseruandu esse uolumus. Atq; id ad noticia uniuersis et sin-
gulis nominatim uero Egnoso Joanni Dzieniazek Prefecto Nouoforensi moderno et alijs
pro tempore existen deducimus, mandamusq; ut eos ipsos oppidanos Nouoforen circa hac
Depositorij institutione concessionesq; nostra conseruent. pro debito suorum officiorum et gratia
nostra. In cuius rei fidem presentes manu nra subscriptas sigillo regni nri consignari
mandauimus. Datu Warschauie in Comitijs regni nri generalibus die quatuordecima
mensis Junij. Anno domini Millesimo Quingentesimo nonagesimo tertio. Regni uero
nostri anno sexto.

Sigismundus Rex.

Nobilitatio Ioannis Proboſczowſki.

Ea. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Sigiſmundus tertius Dei gratia Rex Polonia &c Significamus pntibus hiſce quorũ interest vniuerſis et ſingulis. Quam alias Respub. quã vel opibus vel imperio et verum geſtarũ magnitudine cæteris anteceſſerunt, ea potiſſimum ratione excreuiſſe nos animaduertere, ut nros alijs induſtrios homines quamuis vel in alijs Rebuspub. vel inferiore loco natos, ob virtutem tamen in Ciuitatis suæ aut Nobilitatis ius aſcribendo suos facerent. Tum eodem inſtituto maiores nros etiam Sexe nos Poloniæ Reges non modo ſapientiſſimè omnibus temporibus uſos, uerum multorum etiam virtutem induſtriamq; prouocaſſe, tum nõ paucis familijs regnum hoc auxiſſe. Eorum igitur auctoritate non minus quam ratione adducti, eodem inſtituto, nos quoq; nunc iuxta nros induſtrium, et cum ingenij dotibus tum manæ cognitũ Joannem Proboſczowſkj in nobilium regni huius noſtri ius atq; ordinem, cum omni legitima poſteritate eius aſcribendum referendũq; duximus. Cum enim hic Mathia Grdulia vulgo nuncupato et Dorothea parentibus in Kodawa quamuis artificiũ immutata conditione sua exercentibus, indeq; nomen habentibus, huiuſmodi tamẽ qui ad egeſtatem redacti in oppidum id comigraſſe exiſtimati ſunt, legitimè natus, et in prælio Byſtrinenſi sub ductu Illris et Magci Joannis de Zamoſczie regni nri Cancellarij et Exercituum gnalis Belſenq; Mariaburgen, Derpaten Knyszynen, Miedzyrecen &c Capitanei nri egregia operam nauaſſet, et in iuue inclustria peritiamq; suam multis magnis viris probaſſet, facile aſſecutus eſt, ut in præſentibus hiſce regni Comitijs publice in Senatu et honorificentiſſimũ virtutis eius teſtimonium idem Illris et Magcis regni nri Cancellarius et Exercituũ gnalis &c alijq; primarij Senatores noſtri ei reddderent, et ut in Nobilium regni huius ius atq; libertatem eundem recipere: mus aſcriberemusq; à nobis peterent, libenter hoc tribuimus cum memorati Illris et Magci regni nri Cancellarij et exercituũ gnalis &c aliorumq; Senatorũ noſtrorum commendatione, tum huius virtuti atq; induſtriæ. Proindeq; de conſilio Conſiliariorum noſtrorum publicaq; Comitiorũ hac authoritate ſupmemoratum Joannem Proboſczowſkj poſteritatemq; ipsius utriusq; ſexus legitimam omnem, inter regni nri nobiles pntibus hiſce aſcribimus referimus, adeoq; uerum regni huius nri Nobilem creamus, proq; nobilis et generoſis regni huius noſtri nobilibus, cum ipsum Joannem Proboſczowſkj, tũ utriusq; ſexus legitimos poſteros ipsius haberi decernimus. Inſigne nobilitatis hmõ tribuimus dẽq; damus conferimusq; cum ipsi tum utriusq; ſexus legitimæ poſteritati ipsius id quod vulgo Roſoſow vocatur, ſcutum nimirum rubri coloris, in eius medio roſam albam, ex ea tres falces ferreas albi itidem coloris, duas uerſus ipsũ dexteram

sursum in diuersos angulos scuti seu area rubra, tertiam subtus ad imum usque aree ver:
gentes Supra scutum clypeum apertum clatratum, ex clypeo tres plumas Strutho cameli
medianam rubri, reliquas duas albi coloris sese erigentes, fascijs albi et rubri coloris ab utra:
que parte clypei circumfluitantibus. Quibusquidem insignibus, quemadmodū ingenio picto:
ris oculis hic subiecta sunt, cōmemoratus Nobilis Joannes Proboszowsky omnesq; tegit:
timi posteri eius in omnibus et singulis honestis tam iudicijs quam bellicis cursis et ne:
gocijs proelijs duellis torneamentis, signis, vexillis, aulotis, tabulis, armulis, sepulturis, omni:
bus demiq; temporibus, locis et actibus suo arbitrio aliorūq; nobiliū more, uti publice pri:
uatimq; eadem gestare, heroldis et quibusuis ministris imponere et ligare valeant. Tu
vero in alijs etiam iuribus priuilegijs immunitatibus, libertatibus quibus ordo Nobilium
de iure vel consuetudine in regno ac ditionibus nris utitur, ipsi quoq; tanqua veri ac
genuini regni nostri Nobiles De stirpe nobili claroq; sanguine ab auis, proauis et maio:
ribus per directam lineam ex utroq; parente procreati, quemadmodū supra iam tri:
butum à nobis eis est gaudebunt fruenturq;. Quæ cum omnia suprascripta rata fir:
maq; perpetuo esse uelimus, ad omnium regni nri ditionumq; nostrarum magistratuum
et dignitariorum tam Ecclesiasticor, quā secularium Archiepiscopor Episcopor Pala:
tinorum, Castellanorum, Capitaneorum, temtariorū, Burgrabiorū, Aduocatorū, omniū
cteriq; ac singulorum, maxime autem nobilium notitia ea deducentes mandamus
uniuersis et singulis ut prefatum Nobilem Joannē Proboszowsky, omnesq; ab eo de:
scendentes non modo pro veris ac genuinis regni nostri nobilibus habeant recipiant,
nobilitatem illorum nullo vel facto vel dicto laedant, violentue, verum benevolen:
tia etiam ac fauore suo eos prosequantur, ad honores contendentibus faueant, om:
niq; aliena virtuti non inuidendo unde sua Nobilitas profecta sit, testentur.
Quod ut omnes virtutis amantes ac vere nobiles etiam sine cohortatione nra facturos
non dubitamus, ita si quis tamen existat cuiuscūq; status, conditionis, aut dignitatis
is fuerit, qui in contumeliā dicti Nobilis Proboszowsky posterorumue eius nobilitatem
eorum impugnare presumeret, eum consuetis poenis quæ in diffamantes Nobilem virū
legibus publicis regni statuta sunt, nobis iudicioq; ad quod à parte laesa citatus fu:
erit ipsiq; parti laesa prestandas subiacere volumus, quamprimum quotiesq; pre:
